

Palqu. Bebyon 80.

DE DIALECTORUM GRAECARUM DIGAMMO  
TESTIMONIA INSCRIPTIONUM.

Venia

amplissimi Philosophorum ordinis  
Universitatis Alexandriae

p. p.

**O. E. TUDEER,**

Dr. phil.

in auditorio hist. philol. die XXIV m. Septembris

a. MDCCCLXXIX.

h. a. m. s.

1880

2404

×

Bibliothèque Maison de l'Orient



126982

HELSINGFORSIAE,

EX OFFICINA FRENCKELLIANA, 1879.



## Index.

Prooemium . . . . .	p. 1.
Inscriptiones Ionicae:	
A. Inscriptio Veliensis . . . . .	" 5.
B. Inscriptio Naxia . . . . .	" 7.
C. Inscriptiones coloniarum Chalcidensium . . . . .	" 9.
Inscriptiones Laconicae . . . . .	" 12.
Inscriptiones Heracliensium Italicorum . . . . .	" 22.
Inscriptiones Argivorum, Aeginetarum, Hermionensium:	
A. Inscriptiones Argivorum . . . . .	" 28.
B. Inscriptiones Aeginetarum . . . . .	" 31.
C. Inscriptiones Hermionensium . . . . .	" 32.
Inscriptiones Corinthiae, Corcyraeae (cum Acarnanicis), Syracusanae:	
A. Inscriptiones Corinthiae . . . . .	" 33.
B. Inscriptiones Corcyraeae (et Acarnanicae) . . . . .	" 36.
C. Inscriptiones Syracusanae . . . . .	" 39.
Inscriptiones Cephalleniae . . . . .	" 41.
Inscriptiones Megaricae et Selinuntiae:	
A. Inscriptiones Megaricae . . . . .	" 42.
B. Inscriptiones Selinuntiae . . . . .	" 42.
Inscriptiones Locrorum et Phociorum:	
A. Inscriptiones Locrorum . . . . .	" 43.
B. Inscriptiones Phociorum . . . . .	" 47.
Inscriptiones insularum Therae et Meli:	
A. Inscriptiones Theraeae . . . . .	" 48.
B. Inscriptiones Meliae . . . . .	" 50.
Inscriptiones Cretenses . . . . .	" 51.
Inscriptiones Doricae mercenariorum Psammetichi . . . . .	" 59.
Inscriptiones Pamphyliae . . . . .	" 60.
Inscriptiones coloniarum Achaicarum . . . . .	" 64.
Inscriptiones dialecto Aeolum Asianorum conscriptae:	
A. Epigrammata saec. p. Chr. n. 2 Thebis in Memnonis statua Lesbiaca dialecto scripta . . . . .	" 65.
B. Exempla ex aliis titulis Aeolum Asianorum excerpta . . . . .	" 67.

Inscriptiones Thessalicae	p. 72.
Inscriptiones Boeoticae	" 75.
Inscriptiones Eleae	" 104.
Inscriptiones Arcadicae	" 110.
Inscriptiones Cypriae	" 114.
Inscriptiones incertae originis	" 127.
Addenda:	
A. Ad inscriptiones Corinthias	" 128.
B. Ad inscriptiones insulae Meli	" 128.
C. Ad inscriptiones Lesbias	" 129.
D. Ad inscriptiones Eleas	" 129.
Ratio digammi omnium dialectorum sub unum conspectum posita:	
Tabula I. Formae quae antiquitus digamma habuerunt	" 130.
Tabula II. Digamma e sonis vicinis (U vel O) natum	" 144.
Tabula III. Digamma in vocibus incertae originis	" "

---

*Annotatio.* Vocabula ex inscriptionibus Graecis conquisita transcribens operam dedi ut, quantum typis vulgaribus fieri posset, et singula exempla ad litteram exprimerentur et varia scripturae genera distinguerentur. Titulos igitur *antiquae* litteraturae, quorum vel exemplaria gypso expressa vel simulacra accurate depicta mihi contigit inspicere, litteris descripsi *quadratis*; varioque litterarum E H, O Ω OΥ, K Ϙ, Ξ X, X Ψ usu effingendo assecutus sum ut non solum litteraturae antiquae genera illa latissime patentia, quae apud Kirchhoffium sunt I et II, sed etiam aliae quaedam satis graves variarum aetatum et gentium proprietates discernerentur; aliquanto minoris momenti sunt variae litterarum B, Γ, E, H, I, A, M, N, II, P, Σ formae, quas equidem typis quibus mihi erat utendum exprimere non potui. Eas autem hujus generis inscriptiones, quae a viris doctis non ad litteram sunt expressae, sed vulgaribus illis litteris minutis transcriptae, equidem iisdem litteris, sed iis *latius dispositis* describendas curavi; qua ratione etiam in reddendis inscriptionibus Cypriis, quae notis peculiaribus sunt conscriptae, usus sum. — Inscriptiones denique *recentioris* litteraturae *litteris minutis* ratione vulgari descripsi.

---

Postquam *Boeckhius* et qui ejus vestigiis ingrediuntur viri docti integram inscriptionum antiquarum memoriam in lucem protulerunt, *Ahrensiius* linguae Graecae dialectos et ex his fontibus et ex laceris grammaticorum testimoniis restitutas descripsit, *Geo. Curtius* comparativae, quae dicitur, artis grammaticae praesidiis usus sonorum, vocabulorum, formarum origines et mutationes est perscrutatus, jam non opus erit varias de digammi Graeci natura doctrinas veterum, recentiorum conjecturas recensere vel refellere.<sup>1)</sup> Neque enim quisquam nostrae aetatis vir doctus jam dubitaverit, quin haec littera veram significaverit consonam, eamque spirantem labialem sonoram ac lenem<sup>2)</sup> quam a majoribus suis, antiquissima illa indoeuropaea quam apellant gente, velut hereditate acceperint Graeci. Quem sonum antiquitus spiritu inter ipsa labra, non, ut V nostrum, inter dentes superiores et labrum inferius emittendo esse pronuntiatum, consentientibus linguarum Sanscritae, Latinae, Graecae testimoniis comprobatur.<sup>3)</sup> Bilabialis enim illa consona facillime in semivocalem (u) vel etiam in plenam vocalem transire potuit. Quod in lingua Graeca, sicut in Sanscrita et Latina, jam antiquissimis temporibus fieri coeptum esse, ex testimoniis uberrimis, quae imprimis

---

1) Cf. de hac re *Knös*, Prolegomena ad quaestiones de digammo Homericis instituendas, Upsaliae 1869.

2) Sonorum naturam ubi describo, doctrinam sequor *E. Sieversii*, quae exposita est libro qui inser. Grundzüge der Lautphysiologie zur Einführung in das Studium der Lautlehre der Indogermanischen Sprachen, Leipzig 1876 (Indogermanische Grammatiken Bd. D).

3) Cf. *Sievers*, Lautphysiologie pag. 70, *Bopp*, Krit. Grammatik der Sanskrita-Sprache p. 19, *Corssen*, Aussprache cet. P<sup>2</sup> 323, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 549.

enumeravit *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 549 seq. plane apparet.<sup>1)</sup> Sonus igitur digammi Graeci non procul a pronuntiatione litterae Britannorum W videtur afuisse.<sup>2)</sup> Quem sonum alio tempore in aliis linguae Graecae dialectis vel in sonos propinquos transiisse vel ne vestigio quidem relicto evanuisse, inter omnes constat. Quanam autem via quibusque, ut ita dicam, gradibus tanta mutatio processerit, nondum exploraverunt viri docti. Nam etsi non defuerunt qui et doctrinae et ingenii praesidiis instructi digammo Graeco enucleando operam darent, tamen plerique quaestionem omnem ad poemata Homerica aliaque poetarum antiquorum carmina retulerunt. Verum quam lubrica sit disquisitio ita instituta nemo est quin perspiciat. Tota enim pendet a re omnium reconditissima, ab origine, dico, poesis Graecorum antiquissimae. Quam difficultatem praeclare exposuit *A. Leskien* libro qui inscribitur: Rationem, quam I. Bekker in restituendo digammo secutus est, examinavit cet.<sup>3)</sup> Ac fateor equidem me cum *Hartelii*, viri doctissimi, Studia Homerica legens ingenii acumine delectarer, diligentiam operis inauditam admirarer, certum totius quaestionis fundamentum desiderarem, primum animum induxisse ut alia via in digammi Graeci rationem inquirere susciperem. Nam quamdiu neque quo modo exstiterint carmina Homerica constat, neque qua via digamma ex universa lingua Graeca evanuerit, tamdiu profecto de horum carminum digammo nihil certi poterit statui. Scripsit sane jam undecim abhinc annos *Savelsberg* „De digammo ejusque imutationibus“ dissertationem<sup>4)</sup>, qua universam quaestionem complecti atque absolvere est conatus. Verum ille, etsi omnibus, quae tunc in promptu erant, inscriptionum, grammaticorum, comparativae quoque investigationis adjumentis erat instructus, tamen nescio an iudicio non tam usus esse videatur. Ea enim est ejus in disponendis rebus imprudentia,

<sup>1)</sup> Cf. etiam *Hartel*, Homer. Studien III (Sitzungsber. der k. Akad. d. Wiss., Phil. hist. Cl. Bd. LXXVIII, Wien 1874) p. 24—25.

<sup>2)</sup> Cf. tamen *Sievers*, Lautphysiologie p. 70, 89, 91.

<sup>3)</sup> Lipsiae 1866.

<sup>4)</sup> Berolini 1868.

ea in concludendo temeritas, ut vix ulla pars operis stare possit, nisi quae enumerationem continet vocum digammo scriptarum, quae in titulis ad id tempus cognitis exstabant (pagg. 53—56, tab. I, II). Itaque et hujus aliorumque exemplo et ipsa re difficultatem quaestionis edoctus, proposui mihi, ut quae de digammo testimonia ipsi illi homines, qui hac consona utebantur, in aere vel lapide incisa nobis reliquerunt, diligenter pervestigarem. Nam omnino qui linguae Graecae sive formarum quarundam vices per saecula vult persequi, fundamentum doctrinae ex ipsius antiquitatis rudibus genuinis struat necesse est. Ita enim descriptio si non plena vel copiosa, at vera et quae nullam habeat dubitationem effici potest.

Quamquam ne inscriptionum quidem auctoritati sine discrimine licet confidere. Certum enim testimonium digammi vel servati vel amissi ii tantum tituli reddunt, qui antiquis illis litteris sunt exarati, quibus singulae gentes Graecae ante utebantur quam litteratura quae Ionica recentior appellatur exeunte fere saeculo a. Chr. n. 5, ineunte 4 in omnibus civitatibus Graecis esset recepta. Quae cum ab Ionibus, apud quos sonus digammi jam multis hominum aetatibus antea obmutuerat, esset exulta, ne litteram quidem ε servaverat (nisi mutata figura inter notas numerorum). Gentibus igitur, quae etiam tum, cum scripturam illam recepissent, in nonnullis vocabulis digamma pronuntiabant, aut talia vocabula in scribendo mutilanda erant, aut littera ε e litteratura obsoleta mutuanda. Utrumque factum esse reperimus; verum utram rationem secuti sint, qui inscriptiones, in quibus scriptum non exstat digamma, exaraverunt, non ubique perspicui potest. Quae cum ita sint, digamma in titulo recentioris scripturae servatum manifestum sane est indicium, unde concludamus sonum illum antiquum in dialecto, qua conscriptus est titulus, etiam tum, cum scriberetur, viguisse. Contra si in titulo recentioris scripturae digamma prorsus est neglectum, inde nihil de ipso sono concludere licet; neque enim cognitum habemus, utrum scribi tantum desierit, an re vera obmutuerit. Quam ob rem ita institui disquisitionem, ut ex inscriptionibus antiquis litteris εχα-

ratis et ea vocabula, quae digamma sunt scripta, et ea, quae digamma quod antiquitus habuerunt jam non exhibent, conquirerem, e recentiorum inscriptionum numero eas tantum attingerem, quae in aliquo vocabulo digamma scriptum habent. Ac cum verisimile videatur scriptorem vel quadratarium, qui in vocabulo aliquo sonum digammi littera propria significasset, eundem sonum, sicubi in aliis vocibus esset auditus, exprimere non neglexisse, in titulis recentioribus digamma continentibus non solum earum vocum, quae hanc consonam scriptam exhibent, sed etiam earum, in quibus est omissa, habui rationem. In talibus enim inscriptionibus quin scriptura pronuntiationem exprimat, dubitari vix potest. — In finitam autem multitudinem inscriptionum recentiore litteratura scriptorum, quae nullum digammi vestigium servaverunt, sine dubitatione omisi. Quod fere argumentum est operis mei; unde siquando deflexi, causas singulis locis afferam.

Titulos antiquae scripturae quaerenti dux mihi fuit *A. Kirchhoff*, eximio illo libro, qui inscriptus est „Studien zur geschichte des Griechischen alphabets, 3 umgearb. auf. Berlin 1877“. Magno mihi usui fuit etiam *Savelsbergii* „Recensus vocabulorum, quae in titulis vasis numis digamma scriptum exhibent“<sup>1)</sup>, qui inscriptiones usque ad annum 1868 cognitae complectitur. Atque omnino elaboravi ut, quantum fieri posset, inscriptionum copiam his praesertim annis mirifice auctam quam accuratissime examinarem. Sperare equidem non possum, nullam, quae ad hanc quaestionem pertineret, inscriptionem, nec, in tanta silva, nullam quae observanda fuisset vocem me fugisse. Sed si quae neglexi tam pauca tamque parvi momenti esse confido, ut veram satisque accuratam hanc naturae immutationumque digammi descriptionem evasuram non desperem.

---

<sup>1)</sup> *Savelsberg*, De digammo cet. pag. 53—56.

**INSKRPTIONES IONICAE.**

Etsi constat vestigia digammi a viris doctis primum in carminibus Homericis, dialecto Ionica conscriptis, esse inventa, omnemque de hac littera quaestionem inde fluxisse, tamen nobis sola inscriptionum testimonia quaerentibus tota haec dialectus tantum non omittenda erat. Rarissima enim vestigia, eaque per regiones longinquas et reconditas sparsa, ostendunt hanc consonam aliquando etiam ab Ionibus esse pronuntiatam.

Ex ipsis quidem sedibus quas in Asia tenuerunt Iones ne unum quidem digammi exemplum innotuit; contra e formis [‘Eρ]MHΣIANANΞ, ANAΞIMANΔPO, ANAΞIAEOΣ, ΞAPXEAO quae in titulis signorum basiumque juxta viam Milesiorum sacram statutarum leguntur <sup>1)</sup>, sine ulla dubitatione concludi potest, medio certe saeculo a. Chr. n. 6 digamma in hac Ioniae parte jam obmutuisse <sup>2)</sup>. — Inscriptiones 50—70 annis ante in statuas ingentes Abu-Simbelianas incisae, quibus praeter ceteros regis Psammetichi milites mercenarios ex Aethiopia revertentes, etiam Iones duo, alter Colophonius, alter Teius memoriam nominum suorum immortalem reddere voluerunt, nullam vocem continent, quae unquam digamma habuerit.

E numero parvo inscriptionum Ionicarum digamma continentium una si non ad ipsos Asianos Iones, at ad eorum coloniam pertinet; ceterae in insulis maris Aegaei eis, quae ad Europam spectant, vel in coloniis inde deductis scriptae sunt.

**A. Inscriptio Veliensis. (?)**

FEAIE, sinistrorsum scriptum in nummo Veliae (Eleae) oppidi Lucaniae. Hanc inscriptionem attulit *Savelsberg*, De dig. N:o 40, e libro *Münteri* „Velia in Lucanien“ <sup>3)</sup> ubi in indice depictus est nummus, cujus in ipso contextu ne mentio quidem fit. Quo cum accedat quod, quantum

<sup>1)</sup> Cf. *Kirchhoff*, *Alph.*<sup>3</sup> p. 25 seq., ubi partim e C. I. G. (N:o 39), partim e libro *Newtonii* *Discoveries in Cnidus and Halicarnassus*, afferuntur.

<sup>2)</sup> *Kirchhoff*, l. 1. p. 27.

<sup>3)</sup> Altona 1818.

equidem sciam, in libris, quibus nummorum doctrina tractatur, nummus ita inscriptus non describitur, decernere non possum, quid omnino de fide picturae Münterianae sit cogitandum <sup>1)</sup>. — Nihilo minus dubitari sane nequit quin *Ἐλίη* olim fuerit nomen hujus oppidi. Quod cum e forma Romanis usitatissima, quae est *Velia*, concludi potest, tum e formis Graecis testimoniisque veterum inter se comparatis apparet. Herodotus enim, ubi (I 167) de Phocaeensibus Cyrum fugientibus narrat, *Ἐλήην* eos condidisse dicit; quam formam etiam in nummorum *Veliae* antiquorum inscriptionibus *Ἐλήτων*, *Ἐλη.*, *Ἐ.* agnoscimus. Ubi *Υ* digammi vices ita videtur suscepisse, ut scriptura tantum, non pronuntiatio sit immutata. Cf. cetera exempla litterae *Υ* in initio vocum digammi loco scriptae, quae attulit *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 550 seq. — Ptolemaeus 3, 1, 8 locum *Οὐέλια* appellat; Stephanus Byz. haec habet: *Ἐλέα*, πόλις Ἰταλίας, ὡς εἴρηται, ἐκαλεῖτο δὲ *Ἐλήη* (libri mss. *Βύληη*; *Ἐλήη* ex conjectura Cluveri). ὠνομάσθη δὲ *Ἐλέα* ἀπὸ τοῦ παρρηρόντος ποταμοῦ, ἣ νῦν *Βελέα*. Dionysius denique Harnaseus de alio loco eodem nomine appellato narrans, haec de nominis origine et scriptura profert (I 20): . . . διδόσασιν αὐτοῖς χωρία . . . τὰ περὶ τὴν ἱερὰν λίμνην, ἐν οἷς ἦν τὰ πολλὰ ἐλώδη, ἃ νῦν κατὰ τὸν ἀρχαῖον τῆς διαλέκτου τρόπον *Οὐέλια* ὀνομάζονται σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἑλλησιν ὡς τὰ πολλὰ προτιθέσθαι τῶν ὀνομάτων, ὅπως αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγένετο, τὴν *ΟΙ* συλλαβὴν ἐνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δ' ἦν ὡσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιξυγνόμενον ταῖς πλαγαῖς, ὡς *σελένη* καὶ *φάναξ* καὶ *φοῖκος* καὶ *φανήρ* (sic!) καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Quae originatio, collato latino *vallis*, satis proba-

<sup>1)</sup> Quamnam de hac inscriptione habeant opinionem viri docti ceteri, non habeo cognitum; *Knösium* certe, exquisitae doctrinae virum, eam in praestanti illo libro, quem de digammo Homericō scripsit, inter genuina antiquitatis testimonia video attulisse. (*Knös*, De digammo Homericō quaestiones, Upsaliae 1872–1878 (Upsala universitets årsskrift 1872–1879) p. 79).

bilis videtur; cf. *Curtius Grundz.*<sup>1</sup> 362<sup>1)</sup>). Accedit quod in titulis aliarum dialectorum voces nonnullae, quae ex eadem stirpe derivatae esse videntur, digamma vel ejus vestigia servaverunt: FAAEIOI Lacon. I 1, FAAEIOIS sim. El. I 1—10, Φελατιή, Φελατιήν Boeot. I 27, 28, Βολόντα, Βολοεντίας Cret. II 8, 9; cf. contra ξλει Cypr. II 1.

Tam incertam vidimus esse fidem inscriptionis quae supra est allata, ut certi quidquam de digammi usu inde concludi non possit. Nihilominus minus a digammo olim incepisse nomen Veliae oppidi e variis ejus formis quibus scriptores et Graeci et Romani usi sunt plane apparet. Unde concludere possis Phocacenses tum, cum patria relicta novas sedes in Lucania condiderunt (c. 540), digamma pronuntiare non desis-  
 sisse. Diutius igitur in septentrionali Ioniae parte vigiuisse videtur digamma quam in Milesiorum regionibus.

### B. Inscriptio Naxia.

AFYTO, in inscriptione Naxia Deli reperta, C. I. 10; cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 71 seq., ubi e comparatione aliorum monumentorum probabiliter conjecit hunc titulum saeculo 6 exeunte vel 5 ineunte esse exaratum. — De miro illo AFYTO (= αῦτοῦ) varias sententias protulerunt viri docti. Totam enim formam in suspicionem vocavit *Kirchhoff* (Alph.<sup>3</sup> 73), qui verbo, quod in alia inscriptione Naxia ejusdem fere aetatis exstet, ἐσίδεσθε, demonstrari putat Naxios tempore illo digamma neque scripsisse neque pronuntiasse. Verum haec forma ipsius tantum conjectura, eaque incertissima, est creata. In ipsa enim inscriptione, quam accurate depictam habet idem vir doctus, Alph.<sup>3</sup> 74, quamque sic legendam perhibet: Θελεξήνωρ ἐποίησεν ὁ Νάξιος ἀλλ' ἐσίδεσθε, cum aliae litterae multae extinctae sunt, tum verbi extremi litterae integrae non exstant nisi ΕΣ; accedunt figurae attritae quae litterarum ΙΔ esse videantur; reliquum deinde marginis, qui inscriptionem

<sup>1)</sup> Fuerunt qui propter ea quod in titulis Etruscis formae similes Felia, Fela, Fel cet. occurrunt, hoc nomen omnino non Graecum sed Etruscum putarent. Quae opinio de nomine oppidi Graeci minus probabilis videtur.

continet, spatium duas tantum litteras capit, quarum ductus e sparsis, quae adhuc cerni possunt, lineolis restitui nequeunt. Quem marginem *Kirchhoff*, effigie gypso expressa confisus, particula, quae duas litteras ΘΕ continere potuerit, imminutum esse contendit, *Michaëlis*, qui ipsum lapidem vidit atque cum *Conzeo* consociatus accurate descripsit<sup>1)</sup>, integrum esse statuit. Quae cum ita sint, incertior mihi videtur forma illa ἐστῆσεσθε, quam quae digamma formae ΑΨΥΤΟ, quam in lapide sic legi multi viri docti testantur, suspectum reddere possit. Summo igitur jure digamma istud recte traditum habemus. Quam sententiam qui amplexi sunt facile omnes perspexerunt digamma hujus vocis non esse antiquitus servatum sed e vocali vicina Υ (U) natum. Quod haud raro factum esse, e formis in titulis variarum dialectorum exstantibus apparet, quales sunt: ΓΑΡΥΦΟΝΕΣ Ion. C I 3, ΑΡΙΣΤΕΥ(F)ΟΝΤΑ Corcyr. I 5, ΝΑΨΙΑΚΤΙΟΝ Locr. I 25, ΒΑΚΕΥΨΑΙ Boeot. I 90, ΕΥΨΑΡΑ Boeot. I 91, ΕΥΨΑΥΡΩ Cypr. I 44, ΕΥΨΕΛΘΩ Cypr. I 45, ΚΑΤΕΨΚΕΨΨΑΨΕ Cypr. I 47. Ex quibus exemplis sane ne unum quidem omni ex parte cum forma ΑΨΥΤΟ quadrat. Verum tam prope ei accedit imprimis illud ΝΑΨΙΑΚΤΙΟΝ, ut dubitari nequeat, quin eandem admittat explicationem. In ΝΑΨΙΑΚΤΙΟΝ enim factum esse videmus, ut Υ ante consonam mutam in Ψ abiret; quam mutationem in ΑΨΥΤΟ fieri coeptam, nondum perfectam cernimus. Ac cum verisimile non videatur ex *auto avuto* esse factum<sup>2)</sup>, viri docti, qui hanc quaestionem attigerunt, plerique, velut *Boeckh*, qui *Buttmannum* quoque in eadem fuisse sententia testatur, atque e recentioribus *Brugman* (De Gr. linguae productione suppletoria, in Curtii Stud. IV, p. 132) hac scribendi

<sup>1)</sup> Ann. del inst. arch. 1861, pag. 81 seq., tav. d'agg. E, 3. Cf. *Michaëlis*, Arch. Ztg. 1865 p. 118 seq.

<sup>2)</sup> Vix enim puto *Savelsbergium* qui (De dig. p. 8) trisyllabum legendum esse ἄψυτό vel potius ὄψυτό contendit, sententiam suam cuiquam probasse.

ratione *unum* sonum crassiorem, in quem transierit U, significari censuerunt. Qui cum nullus esse possit nisi spirans illa vel semivocalis, cujus signum erat proprium Ϛ, nescio an paulo aliter res sit explicanda. Collatis enim exemplis illis, quae supra enumeravi, veri similis videtur Y non continuo in Ϛ transiisse, sed inter Y et T, compresso inter labra spiritu, primum consonam illam labialem fuisse auditam, quam posterioribus saeculis, ubicunque diphthongum in Y exeuntem excipiebat consona, antiquae vocalis U loco pronuntiatam esse constat. Nam quod AFYTO, non \*AYFTO in lapide legitur, facillime a quadratario erratum esse potest.

E forma nuper tractata, quacunq̄ue ratione ipsa est explicanda, hoc certe apparet, saeculo sexto exeunte digamma apud Iones qui Naxon tenebant nondum obsolevisse.

### C. Inscriptiones coloniarum Chalcidensium:

#### I. Voces digammo scriptae.

1. FIO, sinistrorsum scriptum in vase in Magna Graecia reperto, C. I. 7459, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 111; quod aut Chalcide aut in colonia quadam Chalcidensi esse pictum et Ionica dialectus et litterarum figurae arguunt. FIO est nomen proprium, quod ex eadem stirpe derivatum videtur atque FIOAA Cor. I 6, FIOAAFOΣ Cor. I 7; cf. etiam FIOI Cor. I 2, FION Cor. I 3, 4, FIONIS Cor. 5; Βιόλας Lacon. II 12, OIANΘEA Locr. II 1, OIANΘEOΣ Corcyr. III 1. Digamma stirpis Ϛ testatur etiam glossa Hesychiana γίᾱ ἄνθη; cf. lat. viola; *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 391.
2. [F]IO, in ejusdemmodi vase, C. I. 7460, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 111. Dubitari vix potest quin EIO, quae tradita est scriptura, e FIO sit corruptum; v. supra 1.
3. ΓΑΡΥΦΟΝΕΣ a dextera ad sinistram scriptum in amphora Volcentina, C. I. 7582, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 112; digamma non antiquitus servatum sed inter vocales Y et O e tarditate quadam vel negligentia pronuntiationis natum videtur; cf. supra B.
4. OFATIEΣ in eod. vase ac 1; nomen proprium est, cujus originem nondum enucleaverunt viri docti.

II. *Digamma in inscriptionibus antiquae litteraturae neglectum.*

1. ΑΘΑΟΝ in lebete aeneo Cumis reperto, C. I. 32, cf. Ad-  
denda et corrig. p. 886. Formam *ἄθλον* e radice *θλ*  
(indo-eur. vad) derivatam esse, comparatione linguarum  
cognatarum demonstravit *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 249; cf.  
566 seq., ubi de *α* prothetico uberius disputat. Digam-  
mi vestigium in forma ΑΓΕΘΑΑ, Pamphyl. II 1 exstare  
videtur.
2. ΑΙΑΣ, in vase fictili C. I. 7686, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 110;  
cf. ΑΙΦΑΣ Cor. I 9—11.
3. ΗΕΡΑΚΑΕΣ, in eod. vase ac ΓΑΡΥΦΟΝΕΣ, I 3; cf.  
ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3.
4. Η[ερα]ΚΑΕΣ sinistrorsum scriptum in vase musei Mona-  
censis, *Jahn*, Vasensammlung N:o 1108, C. I. 7611,  
*Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 112.
5. ΑΕΟΔΟΦΟΣ in eod. vase ac 2; derivatum est hoc no-  
men e stirpe *λαφο*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 364; cf. ΑΑΦΙ-  
ΝΟΣ Col. Ach. I 3, 4, *Λαοαγήτα* Lacon. III 1; cf. etiam  
*Λαφοκόφων* quod se in titulo antiquo legisse dicit Pri-  
scianus I 22, VI 69.
6. ΦΕΙΡΙΑΕΘ, in eod. lebete ac 1, ad eandem stirpem *λαφο*  
pertinet.
7. ΝΑΙΣ, in ead. inscr. ac ΓΑΡΥΦΟΝΕΣ, I 3. Quae forma  
quin e \*Ναίς, rad. *snu*, nata sit, dubitari vix potest;  
cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 313, 319.

Vasa in magna Graecia reperta, quae inscriptiones Io-  
nica dialecto scriptas habent, aut Chalcide in oppido Euboeae  
insulae aut in coloniis Chalcidensium confecta esse, e litte-  
rarum figuris praeclare demonstravit *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 107  
seq. E formis igitur nuper allatis hoc certe colligi potest,  
quo tempore coloniae a Chalcidensibus in Italiam deductae  
sunt, quod saeculis 10—8 videtur esse factum, digamma apud  
Iones Euboeae nondum fuisse exstinctum. Quod quamdiu in  
coloniis viguerit perspicere non possumus; neque enim utrum  
in coloniis an in ipsa Euboea fabricata sint haec vasa com-

pertum habemus, et conditio tam scripturae quam picturae in omnibus eandem aetatem, eamque antiquissimam indicant. In inscriptionibus autem in ipsa Euboea repertis ne unum quidem digammi servati exemplum exstat; e contrario etiam in antiquissimis voces occurrunt in quibus digamma est neglectum; velut in inscriptionibus antiquae scripturae,

a) Chalcidensibus: AEI... in tit., quem edidit *Pittaces*, Ἐφημερίς Ἀρχαιολ. 3581, cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 104. V. AIFEI Phoc. I 2, Cypr. I 22, KATAIFEI Locr. I 26. KAEAP... ibid.; cf. KAEFOΣ Phoc. I 3.

b) Eretriensibus: ΔI in tit. Olympiae reperto, *Fränkel*, Archäol. Ztg. XXXIV p. 226 seq., cf. ΔIFI Arg. I 9, Διφές, Διφεθέμεις Cypr. I 23, 24.

EPETPIEΣ ibid; cf. Ἐδαλιέφες, Κετιέφες Cypr. I 41, 42.

c) Styrensibus: EPIΓΑΣΤΟΣ, EPGΘEMIS, EPI(O)XEN(O) (Ἐργόξένου) in laminis plumbeis Styrae repertis, *Lenormant*, (N. Rh. Mus. XXII p. 276 seq.) N:ris 48, 49, 258; cf. FEPIΓON Arg. I 3, Col. Ach. I 1, FAPΓON EI. I 11, Φεργαένετος, Φεργονίω, Φέργων, Φέργωνος Boeot. I 30—34, EF(E)PIΓΑΣΑΤΟ Hermion. I, 1 cet. KAEOMATPOΞ (Κλεόμαχος) atque alia nomina e Κλέφος derivata in ejusdemmodi laminis.

XENON (Ξένων) atque alia nomina e ξενφο derivata; cf. ΞENFON Cor. I 14, ΞENFAPEOS, ΠPOΞENFOΣ Coreyr. I 7, 8.

OIKOPIONOS in lamina Styrensi l. I. N:o 250; cf. formae stirpis FOIKO digammo scriptae quae in titulis Argivis, Loericis, Coloniarum Achaearum, Boeotiis, Cypriis exstant.

Quae inscriptiones cum vix saeculo 6 exeunte antiquiores videantur, inde veri simile fit, inter saecula 8 et 6 digamma apud Iones Euboeae obmutuisse. Quanam autem via haec immutatio sit effecta, quominus perspiciamus paucitate monumentorum impedimur.

Parciora etiam sunt, quae ex inscriptionum testimoniis de Iadis universae digammo concludi possunt. Omnia enim si comprehendimus, haec tantum colligere possumus, Iones

qui in Euboea habitabant digamma saeculo octavo, qui Naxon tenebant exeunte sexto nondum abjecisse; hoc autem tempore apud illos memoriam ejus fere fuisse exstinctam. Quanam denique actate digamma in Ionia obmutuerit, inscriptionum testimoniis non ita edocemur, ut certi quid statuere possimus.

## INSCRIPTIONES LACONICAE.

### I. Digamma servatum.

1. FAAEIOI in columna anguinea, quam post pugnam Plataensem Delphis dedicaverunt Graeci. Quod monumentum etiamnunc Constantinopoli exstans accuratissime descripsit *Frick*, Jahrb. f. cl. Philol., III Supplementbd., 1857—1860, p. 485 seq.; cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 144. — Nomen, unde derivata est haec forma, \**Ἰᾶλις* ejusdem stirpis esse videtur ac FEAE Ion. A. = Ἰᾶλις, ἔλος; lat. vallis; cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 362; quo pertinere videntur etiam *Ἰελατίη*, *Ἰελατιῆς* Boeot. I 27, 28, *Βολόεντα*, *Βολοεντίας* Cret. II 8, 9. Cf. FAAEIOIΣ, sim. El. I 1—10.
2. FANAX (*Ἰᾶναξ*) bis in fragmento inscriptionis peranti- quae sinistrorsum exaratae, quod Geronthis est reper- tum, *Rangabé* Ant. Hell. 317; *Le Bas*, Revue archéol. II (1845) p. 71—72, tab. 25 fig. 2, Voyage archéol. tab. II. Digamma hujus stirpis etiam inscriptionibus Argi- va, Creticis, Boeoticis, Arcadica, Cypriis confirmatur. Cf. infra 3, II 18—20.
3. FANAΚΤΟΠΙΕΣ, in ead. inscr. atque 1.
4. FEΞE (= *Ἰεξή[κοντα]*), in tit. Laconico Tegeae in Ar- cadia reperto, qui c. 430 a. Chr. n. videtur exaratus; C. I. 1511; cf. *Ahrens*, Dial. II p. 8, *Kirchhoff*, Mo- natsber. der Berl. Acad. 1870 p. 59, Alph.<sup>3</sup> 141 seq. A digamma olim incepisse hanc stirpem, e testimonio inscriptionum dialectis diversis confectarum apparet: FEX (*Ἰεξ*) Phoc. I 1, FEΞ Pamphyl. I 1, *Ἰεξ*, *Ἰεξακατία*, *Ἰεξακατίων*, *Ἰεξήκοντα*, *Ἰεξτα* Heracl. I 1—5. E linguis

- cognatis Bactrica antiqua, Cymrica et Armenia spirantem labialem servaverunt: Bactr. khšvas, Cymr. chwech (= sex); Armen. vez; *Curtius* Grundz.<sup>4</sup> 387, *Hübshmann*, Ueber die stellung des armenischen cet. (Ztschr. f. Vgl. Sprachf. XXIII) p. 16.
5. FETEA in tabula aenea Tegeae reperta, quam scriptura eodem fere tempore atque anathema Plataeense (v. 1, 3) inscriptam esse arguit; Ἐφετη. Ἀρχαιολ. (nova ser.) N:o 410 tab. 50 a, *Kirchhoff*, Monatsber. der Berl. Acad. 1870, p. 51 seq. Formas digammo scriptas exhibent etiam tituli Heracliensis, Loericus, Pamphylius, Boeotici, Eleus, Cyprii; cf. infra 6, 7.
6. FETEA in tergo ejusdem tabulae, quod paulo post partem adversam inscriptum videtur, Ἐφ. ἀρχ. l. l. tab. 50 b, *Kirchhoff* l. l.
7. (FETON (φετων) quod in ead. inscr. legit *Kirchhoff*, sane ita scriptum non exstat; at dubitari non potest quin HETNETON, quae tradida est scriptura, scalptoris errore pro HENTEFETON sit exaratum).
8. F[ ]KATI C. I. (v. supra 4); I e conjectura *Bockhii* restitutum pro eo quod in Fourmonti schedis scriptum erat P.
9. AFAIAT. . . in tit. qui prope Gytheum in vivo saxo est incisus, C. I. 1469; *Ross*, Inscr. Gr. ined. I n:o 52; *Weil*, Mittheilungen des deutschen archäol. instituts in Athen I (Athen 1876) p. 154. Vocabulum male attritum quod digamma continere videtur ex apographo dedi *Weilii*, cui effigiem ex ipso lapide expressam tradiderat *Löfstedt*.
10. [E]ΔΕΔΟΦΑΣ (ἐδέδοσας) in titulo, quem anathemate Plataeensi antiquiorem esse e scriptura apparet, C. I. 15; cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 143, 144. Miram hanc formam perfectum esse stirpis εδ eadem ratione atque Homericum ἐδέδοσται (Od. XXII 56) formatum, probabiliter conjecit *Curtius*, qui si recte judicavit, e vocali O se quodammodo exseruisse existimandum est digamma; Grundz.<sup>4</sup> 496, 586, 589, Verbum II 194, 213. Cf. quae in inscriptionibus exstant exempla digammi quod e vocali

- illa exstitisse videatur: ΤΛΑΣΙΑΦΟ Coreyr. I 12, Γιλγας Cypr. I 43 (?), Τιμοχαρίφος Cypr. I 48. V. infra 11.
11. ΕΔΕΔΟΦΕ (ἐδῆδοφε) *ibid.*
12. ΗΙΑΕΦΟ[Ι] (ἠήσφ), in basi statuae nuper Olympiae effossae, *E. Curtius*, Archäol. Ztg. XXXIV 49 seq., tab. 6, fig. 3. Inscriptionem e dialecto dorica in vulgarem sermonem conversam attulit *Pausanias*, ex cuius verbis (V 24 . . . ἀνάθημα δὲ λέγουσιν εἶναι Λακεδαιμονίων, ἤνικα ἀποστᾶσι Μεσσηνίοις δεύτερα τότε (sic Schubart; libris ὅτε, ὅτι, ἔτι traditum esse ex annotatione video *Ahrensii*, Philol. XXXVIII 240) ἐς πῶλεμον κατέστησαν) viri docti *E. Curtius* l. 1. et *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 149 statuam initio belli Messenii tertii (464 a. Chr. n.) consecratam esse collegerunt. Paulo aliter *Ahrens* et *Kaibel*, cf. *Ahrens*, Die inschrift aus Olympia N:o 7, Philologus XXXVIII p. 193 seq. — Adjectivum \*ἠήσφης suffixo FO formatum videtur, ejus reliquias etiam in aliis quibusdam vocabulis agnovit *Curtius*, v. Grundz.<sup>4</sup> 495, 554, 572.

## II. *B digammi vicarium.*

1. Βαστιάς in tit. recentioris scripturae C. I. 1276, *Le Bas*, Voyage archéol., explications 203 a, *Rochl*, Mitth. des arch. inst. in Athen I p. 231; cf. ΦΑΣΤΟΝ, ΦΑΣΣΤΟΝ Locr. I 1, 2; Φαστυμειδοντίω, Φάστιος, Φαστίνης, ΦΑΣΤ, Boeot. I 22—26; ΦΑΣΣΤΥΟΥΦΟ (Φαστυόχω) Arcad. I 2.
2. Βεῖδιππος in catalogo collegii Taenariorum, *Le Bas*, Expl. 163 e. Collata glossa βεῖδιος ὁ ἐνδοξος Suid. dubitari vix potest quin e rad. *πειδ* derivatum sit hoc nomen. Cf. *πειστορες* Boeot. I 43; Βιδάταν, Βιδατάω Cret. II 3, 4; vide etiam infra 3—10.
3. Βεῖδίππου (sic) *ibid.*
- 4, 5. βῆδες in titulis duobus saeculo p. Chr. n. secundo exaratis, C. I. 1241, 1242. Hanc quoque vocem e rad. *πειδ* derivatam esse, ex Attico ἰδοῖ = μάρτορες apparet; cf. *Boeckh*, C. I. I p. 609, *Ahrens*, Dial. II 47, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 241; v. supra 2.

6. βιδέω in tit. ejusdem temporis; *Le Bas*, Voyage archéol. 180, Revue archéol. 1844 p. 705, *Ross*, Archäol. Aufs. II p. 659 N:o 21.
- 7 a, b. βιδεοι in tit. duobus ejusdem temporis, C. I. 1268, 1269.
8. βιδέων in tit. ejusdem aetatis, C. I. 1364 a.
9. β[ι]δουος in catalogo collegii Tyndaridarum, qui saeculo a. Chr. n. 1 videtur conscriptus, *Le Bas*, 163 a.
10. βιδουοι C. I. 1270.
11. Βειτωλέων in titulo saeculi p. Chr. n. 3, C. I. 1323 (e cod. scholiorum Cyriaci ad Strabonem). Βείτωλος (apud Ptolemaeum Βέτωλα; sermone hodierno Vitulo) idem est oppidum, quod apud Homerum (II. II 585) atque apud Pausaniam (III 21, 7; 25, 10) Οἴτωλος appellatur; utriusque formae origo a \*βιτωλος est repetenda. Cf. *Cur-tius*, Grundz.<sup>4</sup> 561, *Ahrens*, Dial. II 46.
12. Βιόλας, in eod. tit. qui Βειδιππος continet (v. supra 2); cf. FIO Ion. C. I 1, 2, FIOΛΛ, FIOΛΛΦΟΣ Cor. 6, 7.
13. Βουνε . . . in fragmento tituli, quem scriptura saeculo a. Chr. n. 5 exaratum esse indicat, *Bursian*, Abh. d. acad. in München VII p. 779, *Le Bas*, Expl. 255 c. Quae forma quamvis sit mutila tamen quin ad nomen aliquod proprium e stirpe βουνο derivatum pertineat, dubitari vix potest; cf. FOIN(ΙΑΔΑΙ) Acarn. (vide inter Coreyraeas, I 1—3), Βουνοβίου Cret. II 6, [B]ρόνοπα Cret. II 7.
- 14, 15. Βωρθέα in titulis dedicatoriis duobus saeculo p. Chr. n. secundo conscriptis, quorum alterum edidit *Le Bas*, 162 a, alterum *Cumanudes*, Ἀθήνασιν I (1872) p. 255, atque *Hirschfeld*, Bullet. dell' inst. 1873 p. 187, 188. Βωρθέα ac Βωρσέα (v. infra 16) Laconicae sunt formae nominis deae, quae vulgo Ἄρτεμις Ὀρθία appellatur; cf. Βωρθία ὀρθία Hesych. Unde plane apparet, hoc nomen antiquitus digamma habuisse; eodem referendum videtur Βορθίω, nomen viri Apteraci, Cret. II 10; nominis vero quod est ΒΟΡΘΑΓΟΡΑΣ, Arg. II 1 alia potest esse ratio. Ex quibus formis *Ahrens* ὀρθός aliquando

- digamma habuisse colligi posse negavit (Dial. II 48), nescio an suo jure; apud Homerum certe consonam initialem respuit haec stirps, cf. *Knös*, De dig. Hom. 194, 195. V. etiam *J. Schmidt*, Zur Geschichte des indog. Vocalismus <sup>1)</sup>, II 295, 296.
16. Βωρσέα in tit. ejusdem fere aetatis, *Kirchhoff*, *Hermes* III 449 seq. N:o 2, *Le Bas*, 162 b.
17. ΕΥΒΑΑΚΗΣ in fragmento inscriptionis, quae eo tempore est exarata quo vulgata jam litteratura nova, nondum relicta antiqua, inter utramque quodammodo fluctuaret usus; *Rochl*, *Mitth. des archäol. inst. in Athen* I 229 seq. Quod nomen cum ex εὐ et ἀλκή (rad. ἀλκ, ἀρκ, *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 132) sit derivatum, dubitari non potest quin littera Β sonus digammi proprius, qui e praecedente Υ exstiterit, designatus sit; cf. ΑΦΥΤΟ Ion. Β, ΓΑΡΥΤΟΝΕΣ Ion. C. I. 3, ΑΡΙΣΤΕΥΦΟΝΤΑ Coreyr. I 5, ΒΑΚΕΥΦΑΙ, ΕΥΦΑΡΑ Boeot. 90, 91, Εὐφαγύρω, Εὐφέλων, Εὐφέλωντος, κατεσεύφασε Cypr. I. 44—47.
18. Εὐροβάνασσα in ead. inscr. ac 9; cf. supra FANAX (Φάναξ) I 2.
19. Εὐροβανάσας in catalogo collegii Neptuni Taenarii saeculo a. Chr. n. 1 confecto, *Le Bas*, 163 d.
20. Εὐροβανάσσης (sic) in titulo aetatis Romanae, C. I. 1372 (ex sch. Fourmonti).
- (21. Βέλλωνα in tit. recentioris scripturae C. I. 1367; hoc nomen *Baumack*, *Stud.* X 129, collato nomine Ἐνοάλιος e rad. φελ originem duxisse censet; cf. praeter formas ab eo allatas etiam ἐγφληθίωντι Heracl. I 21. — Conjectura est ingeniosa, verum fundamento certo caret.)
- (22. Βέλλ(ω)ν(ο)ς ibid.; praeterea idem nomen apud *Le Bas*, *Expl.* 168 b, 168 g, legi testis est *Baumack* l. l.).

### III. Υ loco digammi.

1. Αουαγγήτα in titulo, quem saeculo p. Chr. n. 2 conscriptum putat *Bocckh.*, C. I. 1466. Derivatum est e stirpe

<sup>1)</sup> Weimar 1871—1875.

λαφο, *Curtius* Grundz.<sup>4</sup> 364; cf. ΛΑΦΙΝΟΣ Col. Ach. I 3, 4 ac Λαφοκόρων quod se in monumento vetere legisse dicit Priscianus I 22, VI 69.

IV. Digamma in titulis antiquae scripturae neglectum:

1. ΔΑΜΟΦΟΝ (Δαμοφῶν) in titulo in Taenaro monte reperto, *Kirchhoff*, *Hermes* III p. 449 seq., N:o 3, Alph.<sup>3</sup> 145 N:o 1. Inscriptio litteris antiquis est exarata inter quas in una voce ΕΠΑΚΟΩ Ionica littera Ω jam irrepsit. — Formam pleniorē Δαμοφάτων in inscriptione vetusta fuisse lectam testis est Priscianus, I 22, VI 69. Unde partem hujus nominis secundam e stirpe φατ esse derivatam probabiliter conjecit *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 298. Cf. Φαυῖδας Arcad. II 2.
2. ΕΦΕΣΤΙΟΙ in tit. saeculi 5, C. I. 1511 (v. supra I 4, 8); e rad. *vas*, unde lat. Vesta, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 400. Cf. Φιστίαν Arcad. I 5.
- 3, 4. ΕΦΟΡΟΣ in duobus titulis, ea aetate scriptis, cum inter antiquam et recentiorē litteraturam fluctuaret quodammodo scriptura: 1) *Kirchhoff*, *Hermes* III p. 449 seq. N:o 3 (v. supra 1); 2) ibid. N:o 4, Alph.<sup>3</sup> 1 5 N:o 2. A consona olim incepisse stirpem ορ, e formis quales ἐπίουρος, ἀόρατος, ἐώρων, ἐώρακα apparet; quam consonam digamma fuisse et e glossa βῶροι ἰφθαλμοί, Hesych., Suid., et e formis linguarum cognatarum, velut Lat. *vercor*, Got., *vars visan*, concludi potest; cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 349. In Graeca autem lingua jam mature evanuisse videtur consona illa initialis; in Homericorum certe carminum sermone jam erat exstincta; v. *Knös*, De dig. Hom. 141, 142.
5. ΕΠΑΚΟΩ, in cod. tit. atque 1; haec forma aliter nasci non potuit, nisi ex \*Επακόσω, cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 555; ipsum quidem verbum ἀκούω idem, collata glossa: κοῦ ἀκούει Hesych., ad stirpem κοτ pertinere conjecit, cujus digamma in Prisciano illo Λαφοκόρων est servatum; v. Grundz.<sup>4</sup> 151.

6. ΗΡΑΚΛΗΔΙΑΝ (cf. in eod. tit. ΗΑΓΗΗΙΣΤΡΑΤΟΣ), in ead. inscr. ac 4; cf. ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3.
7. ΝΕΑΡΕΤΑΝ in eod. tit. ac 1; e stirpe νεφο. indog. *nava*, Curtius, Grundz.<sup>4</sup> 315, 316; cf. νεφοστάτας Cypr. I 32, Νεγρόποις, Νερόπολις Pamphyl. II 2, 3.
8. ΠΟΘΙΚΟΝΤΕΣ in tabula Tegeae reperta, v. supra I 6; e rad. φα (sanscr. vic), cf. Curtius, Grundz.<sup>4</sup> 137. Quae stirps ex eis est quae jam mature digamma abjecerunt: nam praeter substantivum inde derivatum φοῖκος atque adjectivum ἄικτος (= ἀπρόσιτος Hesych.) nulla, quae ad eam pertinet, forma vestigium quidquam consonae initialis exhibet; quam in Homericō certe sermone jam prorsus fuisse extinctam, loci carminum Homericorum permulti ostendunt, quos enumeravit Knös, De dig. Hom. 123.
- 9—17. ΜΕΓΑΡΕΣ, ΕΡΜΙΟΝΕΣ, ΠΛΑΤΑΙΕΣ, ΘΕΣΠΙΕΣ, ΜΥΚΑΝΕΣ, ΕΡΕΤΡΙΕΣ, ΨΑΚΙΔΕΣ (= Χαλι.), ΣΤΥΡΕΣ, ΦΑΝΑΚΤΟΠΙΕΣ (= Μεγαροῦς cet.) in anathemate Plataeensi (v. supra I 1, 3); digamma hujus terminationis nusquam reperitur servatum nisi in inscriptionibus Cypris, cf. βασιλέφος, Ἐδαλιέφος, Κετιέφος Cypr. I 36—42.

V. *Digamma neglectum in inscriptionibus, quae in nonnullis vocibus ejus loco B vel Y exhibent.*

1. ἔφορο[ς], in tit. qui Βοινε... continet (v. supra II 13).
2. ἔρεια in tit. qui Λαυαγγίτα habet (v. III 1); cf. βασιλέφος Cypr. I 36—40.
3. ἀρχιερόρο in tit. qui Βωρθέα habet (v. supra II 15).
4. Κλέανδρορο ibid. — Praeterea in titulis ejusdem aetatis nomina vulgaria, qualia Κλέων, Διοκλῆς, Ξενογράτους cet. occurrunt.

Paucissimae cum omnino exstant inscriptiones Laconicae litteris antiquis conscriptae, satis magnus existimandus est numerus, quem continent, exemplorum digammi servati. Qui etiam major videtur, si consideraveris quam raro in his titulis amissum vel neglectum est. E titulis, qui digamma servatum habent unum reperimus, qui parte saeculi 5 posteriore videatur exaratus (I 4, 8), alios, qui vel medio vel ineunte

eodem saeculo sint confecti (I 1, 2, 5—7, 12), unum denique qui eo etiam antiquior esse possit (I 10, 11). In inscriptionibus autem scriptura recentiore confectis ne unum quidem digammi exemplum est repertum.

Singula exempla si paulo accuratius consideramus, in titulis antiquae scripturae ne unam quidem vocem reperimus, quae digamma ex initio suo amiserit. Unde non sane hoc concludere licet, saeculo quinto apud Lacedaemonios nullum quod unquam a digamma incepisset vocabulum eo fuisse destitutum; quod ita se habere non posse e formis duplicatis, quales ΕΦΕΣΤΙΟΙ, ΕΦΟΡΟΣ, ΠΟΘΙΚΟΝΤΕΣ, ubi ex initio stirpium, jam antequam cum iis coaluissent praepositiones, evanuisse videatur digamma, plane apparet. Verum cum exempla digammi in initio vocum servati 7 (ad 5 stirpes pertinentia) exstent, amissi in eadem sede, exceptis illis duplicatis, ne unum quidem sit repertum, cum e contrario in mediis vocibus *bis* tantum servata, *bis* (in una voce) addita, *terdecies*<sup>1)</sup> (in stirpibus 4, terminatione una) omissa sit haec consona, inde hoc concludi potest, Lacedaemonios digamma diutius in initio vocabulorum quam in mediis vocibus pronuntiasse.

Supra vidimus Lacedaemonios etiam vergente saeculo 5 in nonnullis certe vocabulis digammo esse usos. Quae cum ita sint, veri simile non est eos simul ac exeunte illo saeculo vel incunte proximo novam scripturam receperunt, ipsum sonum, quem littera illa designaverant, subito respuisse. Quem e contrario etiam postea atque adeo per multa saecula viguisse formae docent, quae digammi loco litteram B exhibent (v. supra II). Quas qui continent tituli tempore

<sup>1)</sup> In hoc numero eas quoque voces retuli quae in titulis mixtae quodammodo scripturae exstant. Ea enim est horum titularum ratio ut, servata etiamtum litteratura antiqua, nonnullae litterae Ionicae assumi coeptae esse videantur. Quid quod in titulo qui ΕΙΑΚΩΣ continet (v. IV 1, 3, 5, 7), etiam ΔΑΜΟΦΩΝ, ΑΝΕΘΕΚΕ, ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΑΣ, ΠΟΗΟΙΔΑΝΙ, in eo, qui ΗΡΑΚΛΗΙΔΑΝ continet (IV 4, 6), ΠΟΗΟΙΔΑΝΙ, ΗΑΓΗΗΙΣΤΡΑΤΟΣ, ΑΙΣΧΡΙΩΝ, ΤΑΥΤΟ (= τὰ ἀδ-τῶ) occurrunt? In quibus autem titulis Η, etsi E productum significare jam coepit, nihilo minus etiam spiritum asperum designare perseveravit, veri simile non videtur digamma si in verbis quibusdam esset pronuntiatum fuisse omissum.

dominationis Romanorum conscripti sunt, praeter duo, quorum alterum (v. II 17) scriptura mixta, alterum (v. II 13, V 1) litterarum ductus exeunte saeculo a. Chr. n. 5 exaratum esse arguunt. Inter has formas una est, quae quomodo B illud digammi vicarium sit explicandum manifeste ostendere videatur. In nomine enim ΕΥΒΑΑΚΗΣ (II 17) littera tertia nihil aliud significari potest, nisi inter Υ et Α semi-vocalem illam labialem fuisse perceptam, quam similibus locis haud raro exstitisse constat. Quam cum quadratarius, homo, ut videtur, et diligens nec eruditus, qui digammi fortasse jam non habuit notitiam, aliquo modo exprimendam censeret, litteram, cui sonus propinquus erat subjectus, videtur adhibuisse. Quod si datur, — neque video equidem quomodo refutari possit — inde fere sequitur etiam in ceteris formis, ubi vices digammi suscepit B, sonum V esse significatum. Neque enim in aliis linguis nec in Graeca soni indurascere solent, nisi ubi vicinis sonis quodammodo coguntur, velut ex. gr. βλώσσω ex stirpe μολ, βρότος e μωρ. Digammi autem sonus in dialectis linguae Graecae omnibus, non excepta Laconica, jam pridem emolliri atque etiam exstingui coepta erat. Itaque etsi non negaverim fieri potuisse ut apud Lesbios hic sonus ante ρ in mutam B sit mutatus, inde *Ahrensium* <sup>1)</sup> puto injuria conclusisse etiam apud Lacones, ubi loco digammi β scriptum est, ipsum sonum V in B transiisse. Nam quod idem vir doctus contendit doctissimos grammaticos Herodianum et Heraclidem non habuisse compertum illud β digammi vicarium aliter pronuntiarum quam vulgarem litteram, duas res non videtur sensisse. Primum enim, cum eorum quae de digammo docuerunt viri illi docti parva tantum exstent fragmenta, ex eorum silentio quidquam concludere non licet. Deinde autem neque quomodo in lingua vulgari saeculorum p. Chr. n. 1—2, neque quomodo in Laconica dialecto pronuntiata sit „vulgaris lit-

<sup>1)</sup> Dial. I 57, 58. Quae sententia quod *Curtio*, si verba ejus recte intellexi (v. Grundz.<sup>4</sup> 571), probata videtur, vehementer miror. — *Savelsbergio* itemque *Christio* digamma non solum in B, sed in quamvis fere sonum transire potuisse videtur (*Savelsberg*, De dig. passim, *Christ*, Grundz. d. Gr. Lautlehre, Leipzig 1859 (p. 177 seq.)).

tera<sup>a</sup> adhuc constat. Nihilo minus *Ahrensium* puto hoc recte statuisse, β digammi vicarium eundem sonum atque β vulgare significasse; verum hunc sonum equidem eum fuisse censeo, qui etiam in lingua Graeca hodierna hac littera significatur, labialem spirantem V, non mutam B. Nam cum quonam tempore in singulis dialectis sonus B in V abierit nondum, quantum sciam, exploratum sit, hanc mutationem apud Lacones proximo certe a. Chr. n. saeculo jam fuisse factam veri similis mihi videtur, quam sonum digammi primum repugnantibus linguae legibus in B mutatum esse, deinde autem denuo in V abiisse. Quid quod Zacones <sup>1)</sup>, qui stirpem Laconum usque ad hanc aetatem propagaverunt, etiam nunc in nonnullis vocibus quas antiquitus Ϝ habuisse constat V pronuntiant, velut in *δavelé* (sic *Deffner*; *Schmidt* δαβελέ) = fax, cui cf. δαβερός δαλός Λάκωνες Hesych., ex stirpe δαϜ (*Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 230), βαννε = agnus, cf. βάννεια τὰ ἄρνια, καὶ βάννιμα τὸ αὐτὸ Hesych., e rad. var (*Curtius*, l. l. 347); χαβό = chaos, e stirpe χαϜ (*Curtius*, l. l. 196); *avotána* (sic *Deffner*; *Déville* ἄβοτάνα, *Thiersch* ἄβουτᾶνα) = auris, ex stirpe ἀϜστ (*Curtius*, l. l. 405); in *κουβάνε* = κόανος V e parasitico illo sono, qui inter U et A exstitit, natum est. Minoris momenti, quamquam non omittendum, videtur quod in titulis in Laconia repertis V consona in nominibus Romanis plerumque littera B, raro diptongo OY exprimitur. <sup>2)</sup> — Quae cum ita sint, argumenta sic concluderim: Lacones digamma, quod exceunte saeculo a. Chr. n. 5 scribere desierant, in nonnullis certe vocibus per saecula pronuntiare per-

<sup>1)</sup> *Moriz Schmidt*, Das Tzakonische (Stud. III 345 seq.) p. 352, *M. Deffner*, Neograeca (Stud. IV 231 seq.) p. 255, 256. Doleo quod mihi non contigit inspicere libros, quos de hac dialecto scripserunt *Thiersch*, Ueber die Sprache der Tzakonen (Abb. d. philos.-philol. Cl. d. K. Bayer. Akad. d. Wiss., München 1835, p. 513 seq.), et *Déville*, Etude du dialecte Tzacorien, Paris 1866. Satis copiose de libro *Déville* retulerunt *Th. Kind*, Göttinger gel. Anzeigen 1863 p. 1472 seq. et *Comparetti*, Zeitschr. f. Vgl. Sprachf. XVIII 132 seq.

<sup>2)</sup> In titulis Laconicis qui in C. I. Gr. leguntur nomina Romana 23 reperi in quibus V littera B, 8 in quibus litteris OY, 2 (Κόντος, Κοίχτιον) in quibus littera O exprimitur.

severaverunt, ac cum sonus B in sonum sibi proximum V abiisset, eadem littera atque hoc designare consueverunt.

Haec fere sunt, quae de ratione digammi ex inscriptionibus, in quibus littera B expressum est, colligere possumus. Pleraque enim harum inscriptionum linguam vulgarem, cui formae quaedam Doricae sunt admixtae, exhibent. Itaque, etiamsi dubium non est quin ipsius Laconicae dialecti propria sint nomina illa vel hominum vel magistratuorum quae β digammi vicarium habent,<sup>1)</sup> formae in quibus neglectus videtur hic sonus nihil de pronuntiatione Laconica docent.

### INSCRIPTIONES HERACLIENSIIUM ITALICORUM.

Cum omnis dialecti Heracliensium memoria duobus illis tabulis aeneis, quas exeunte fere saeculo a. Chr. n. 4 inscriptas esse probabiliter conjecerunt viri docti<sup>2)</sup>, contineatur, brevitatis causa alteram, quae in C. I. est 5574, numero 1, alteram, C. I. 5775, numero 2 significabo. Cf. etiam C. I. III, Addenda et corrigenda p. 1253; *R. Meister*, De dialecto Heracliensium Italicorum (Stud. IV 355 seq.).

#### I. Digamma servatum.

1.  $\text{F}\acute{\epsilon}\xi$ , saepius in utraque tabula; cf. FEXE (=  $\text{F}\acute{\epsilon}\xi\eta[\chi\rho\nu\tau\alpha]$ ) Lacon. I 4 (ubi uberius de hac stirpe disserui); FEX ( $\text{F}\acute{\epsilon}\xi$ ) Phoc. I 1, FEΞ Pamphyl. I 1; v. infra.
2.  $\text{F}\acute{\epsilon}\xi\alpha\chi\alpha\tau\acute{\iota}\alpha\iota$  1.
3.  $\text{F}\acute{\epsilon}\xi\alpha\chi\alpha\tau\acute{\iota}\omega\nu$  2 (quater).
4.  $\text{F}\acute{\epsilon}\xi\eta\chi\omicron\nu\tau\alpha$  2 (octies).
5.  $\text{F}\acute{\epsilon}\lambda\tau\alpha$  2.
6.  $\text{F}\acute{\epsilon}\tau\epsilon\iota$  1; cf. Lacon. I 5—7, Locr. I 10, 11, Pamphyl. I 2, Boeot. I 36—39, El. I 14, Cypr. I 7, 8.
7.  $\text{F}\acute{\epsilon}\tau\epsilon\omicron\varsigma$  1 (sexies).
8.  $\text{F}\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\omega\nu$  1 (quater).
9.  $\text{F}\acute{\epsilon}\tau\eta$  1.
10.  $\text{F}\acute{\epsilon}\tau\omicron\varsigma$  1 (ter).

<sup>1)</sup> Cf. *Ahrens*, Dial. II 44—50, ubi congesta sunt grammaticorum et glossographorum testimonia.

<sup>2)</sup> Cf. *Meister*, Stud. IV 360, 448.

11. *σειά* 1; ex stirpe *σσε*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 396. Cf. FOI Locr. I 13, Arcad. I 6, Cypr. I 9, 10; *σοι* Lesb. I 2, 3, Boeot. I 67; *σε* Lesb. I 1; FIDIOXENO (*σιδιουξένω*) Locr. I 12, *σιδιάν*, *σιδιον* Boeot. I 45—49; v. infra.
12. *σιδιάν* saepius in utraque tabula.
13. *σεικατι* 1 (septies), 2 (bis); cf. Lacon. I 8, Arg. I 5, Cret. I 9, Boeot. I 50—52, Arcad. I 4.
14. *σεικατι* 2 (bis).
15. *σεικατιδέιον* 2 (quater).
16. *σεικατιδέιω* 2 (decies quinquies),
17. *σεικατιδέιω* 2 (bis).
18. *σεικατίπεδον* 1 (bis), 2.
19. *σεικατίπεδον* 2.
20. *σεικατιπέδω* 2.
21. *ἐγφηληθίωντι* 1; ex stirpe *σελ*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 539. Cf. KATAFEAMENON Cret. I 11, *σιλαρχιόντων* Boeot. I 54. Accedit in utraque tabula compendium *σε*, quo nomen gentis alicujus videtur significari.

II. *Voces in quibus digamma in spiritum asperum abiit.*

1. *φέκαστος* 1. Hanc quoque vocem e stirpe *σσε* derivatam esse probavit *Allen*, De dial. Locrensi (Stud. III) 248—252; cui assentitur etiam *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 460, cf. *Knös*, De dig. Hom. 66 seq. Digamma servatum exhibent formae FEKΑΣΤΟΣ, FEKΑΣΤΟΥΣ, FEKΑΣΤΟΝ Locr. I 4—7.
2. *φέκαστον* 1 (ter).
3. *φεκάσταν* 1 (ter).
4. *φεκάστας* 2.
5. *φῖσον* 1 (sed duobus locis ejusdem tabulae ἴσον, v. infra III 5): cf. FISOΔΑΜΙΟΠΙΟΝ, FISOIHOXENON EI. I 15, 16, *Φισοκλέες*, *Φισοκλείς*, *Φισοκλία*, *Φισοτέλιαν* Boeot. I 55—65.
6. *φιστιείω* 1 (ter); cf. *Φιστίαι* Arcad. I 5
7. *ἀφερζόντι* 1; e rad. *σεργ*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 180 (N:o 142); cf. KATEFEPΞOΔY Pamphyl. I 4, *κατεφόρκον* Cypr. I 21.

8. ἐφερζόντι 1.
9. συντ ἐρζόντι 1.
10. πενταετηριδα, 1, 2. In simplici φέτος (v. supra I 6—10) servatum est digamma. Formas similes καθ' ἕτος, δωδεχέτης, ἐνεσακαιδεχετίς etiam in inscr. Halic. exstare monet *Meister* l. 1. 398.

### III. Digamma neglectum.

1. ἀλία 1 (bis), 2; e rad. φελ, v. supra I 21.
2. ἐργαζήται 1 (bis); c. FEPI'ON Arg. I 3, EFEPΓΑΣΑΤΟ Hermion. I 1, FEPI'ON (φέργων) Col. Ach. I 1, Fεργαένετος sim. Boeot. I 30—34, FAPI'ON El. I 11; ἔφερζε, εὐφεργεσίας Cypr. I 19, 20.
3. ἐργαζόνται 1.
4. ἀμπελωργικά 2.
5. ἴσον 1 (bis); v. supra II 5.
6. οἰκία 2 (bis); digamma hujus stirpis in titulis aliarum diolectorum saepissime occurrit, cf. Arg. I 6—8, Locr. I 14—23, Col. Ach. I 2, Boeot. I 68—83, Cypr. I 11—15; B digammi vicarium in inscr. El. II 1.
7. οἰκίαν 1 (bis), 2 (bis).
8. οἰκίας 2.
9. οἰκοδομᾶν 1.
10. οἰκοδομημένα 1 (bis).
11. οἰκοδομησῆται 1.
12. οἰκοδομήται 1.
13. ἐπικοδομᾶς 1.
14. ἐποικία 1.
15. ρήτρας 1 (bis); e rad. φερ; cf. Aeol. βρήτωρ apud Priscianum I 23, εὐέρω εἶπω Hesych., Lat. *verbum*. V. FPATPA, EFEPEN El. I 17—19, φρητάς, ἐφρητάσατο Cypr. I 16—18; cf. etiam Ὀράτριον Cret. III 1—3.
16. ἄρρηκτον 1, e rad. φραγ; cf. φρῆξίς, quod apud Alcaeam lectum esse testis est Trypho, αὔρηκτος, Anecd. Ox., Schol. Dion. Thr., Eust., εὐράγη, Anecd. Ox., ὑρειγαλέον διερρωγός, τραγαλέον διερρωγότα, τηγαλέον id. Hesych.; v.

- Ahrens*, Dial. I 37, II 56; *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 531, 551, 554, *Knös*, De dig. Hom. 291 seq.
17. ἀρρήκτω 1 (octies).
  18. ἐρρηγγείας 1 (octies).
  19. ἀεί 1 (novies); cf. AIFEI Phoc. I 2, KATAIFEI Locr. I 26, αἰφεῖ Cypr. I 22.
  20. ἀές 1.
  21. ἄς 1. Haec forma contractione Dorica ex \*ἄος (= Hom. ἦος) profecta est; quod ex antiquiore \*ἄσος esse natum, sanscriticum *javat* demonstrat. Cf. *Ahrens*, Dial. II, *Curtius*, Rh. Mus. 1845 p. 242 seq., Grundz.<sup>4</sup> 399, 564 582, *Meister*, Stud. IV 377.
  22. βῶνα 1 (ter.); cf. BOFA Pamphyl. I 5.
  23. δένδρεα 1 (bis), e \*δενδρεφα, rad. δρυ, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 237, 238.
  24. δενδρέοις 1.
  25. δενδρέων 1 (quater).
  26. Διονύσω 1 (novies); cf. ΔIFI Arg. I 9, Διφός, Διφεῖθεμις Cypr. I 23, 24.
  27. Διονύσῃ 1 (bis).
  28. Δίωνος 1.
  29. Νεαπολίτας 1, ex stripe νεφο, indoeur. *nava*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 315, 316; cf. νεφοστάτας Cypr. I 32, Νεγοπόλεις, Νεγόπολις Pamphyl. II 2, 3.
  30. ὄρων 1 (semel), 2 (sexies); cf. HOPFOΣ Coreyr. I 6, ὄρβος Coreyr. II 1.
  31. ὄρωσ 1 (semel), 2 (sexies).
  32. ἀντόρωσ 1 (quinqüies).
  33. μεσσόρωσ 1 (bis).
  34. ρέοντα 1, e rad. ρυ, indoeur. *sru*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 354, 355; cf. PHOFAISI Coreyr. I 10.
  35. ρέωσαν 2.
  36. ρεώσας 1.
  37. ρόωσ 1.
  38. ἀποροῶν 1 (sexies).
  39. χῶί 1, ex \*χωφι, rad. χυ, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 204, *Meister*, Stud. IV 417.

40. *χρός* 2 (bis).

41. *χοῦς* 1.

42. *χονίλων* 2 (ter).

Subjiciantur voces nonnullae, quas quidem aliquando digamma habuisse probabiliter possit conjici, demonstrari autem non possit:

43. *δεῖ* 1. Notio quae verbo impersonali *δεῖ* (= opus est, oportet) est subjecta, ad significationem verbi *δέομαι* (= egere) tam prope accedit, ut dubitari vix possit, quin unum olim fuerit verbum. Quod digamma instructum fuisse e formis *δέομαι δεήσομαι, δεῶω δευήσω* inter se comparatis plane apparet. Cf. *Curtius*, Verbum I 300, 360, 381. Idem vir doctus cum, propter ea quod significatio necessitatis facile e notione vincendi possit esse profecta, etiam verbum *δέω* = vincere ad eandem stirpem pertinere statuat, (Grundz.<sup>4</sup> 233) errare videtur. Neque enim aliae hujus verbi formae neque *δέω* digamma admittunt; quod cum stirpis illius proprium fuisse constet, cognata esse non possunt haec verba.

44. *δεόμενα* 1.

45. *δεώνται* 1.

46. *ἐλαίαν* 1. Quenam sit origo hujus vocis inter viros doctos non constat; e Latino *oliva* Got. *alév* formam Graecam *\*ἐλαῖα* fuisse conjeceris; *Curtius* autem *Helmio* aliisque viris doctis, qui formas ceterarum linguarum e lingua Graeca mutuatas perhibent, collatis *oliva* : *ἐλαία* = Achivi : *Ἀχαιοί*, assentitur (Grundz.<sup>4</sup> 361, 362; cf. etiam 553).

47. *ἐλαίας* 1 (ter).

48. *ἐλαιῶν* 1.

49. *Ἰεννέα* 2 (quinq); in linguis cognatis formae hujus stirpis consonam V continent, velut *navam, novem* cet., cf. *Curtius* Grundz.<sup>4</sup> 311; difficultatem autem praebet quod formae quales *ἔννατος, ἔνατος, ἐννεήκοντα* sim. digamma admittere non videntur.

50. *Ἰεννεήκοντα*, semel in utraque tabula.

Heraclea oppidum Lucaniae cum a Tarentinis sit con-

ditum, Tarentum autem Lacedaemoniorum esse coloniam constet, idoneae fortasse cuiusdam videri possint Heracliensium inscriptiones quibus copia testimoniorum, quae de Laconum lingua exstant, non mediocriter augeatur. Verum Laconica dialecto usos esse colonos illos non certe constat. Neque enim cives Spartani Tarentum sunt deducti, sed *Partheniae* qui dicebantur matribus Spartanis patribus *periocis* nati. Hos autem Achaicae fuisse stirpis veri simile videtur. Quo cum accedat, quod dialectus, cuius memoriam tabulae illae solae servaverunt ex earum sane numero est, quas Doridis severioris nomine complecti solent grammatici, Laconicae autem sermonis proprietates non exhibet, separatim tractanda mihi est visa.

In inscriptionibus Heracliensibus *vicies semel* servatum est digamma: *vicies* in initio vocabulorum ad stirpes 4 pertinentium, *semel* in commissura duplicati (ἐγ-σηληθίωντι); in spiritum asperum *decies* abiit: *sexies* in initio vocabulorum ad stirpes 3 pertinentium, *quater* in commissura duplicatorum (in stirpibus 2); neglectum est digamma — ut incertas illas formas III 43—50 omittam — locis 42: *duodecies* in initio vocabulorum ad stirpes 5 pertinentium, *sexies* in initio membri secundi verborum duplicatorum <sup>1)</sup> (in stirpibus 3), *vicies quater* in mediis stirpibus 9. Unde apparet digamma apud Heraclienses saeculo quarto exeunte in initio vocabulorum non raro fuisse auditum, in mediis autem vocibus fere obmutuisse. Quod qua via factum sit formae πέτος cet. et πεντα-ετηρίδα in utraque tabula exstantes ostendunt. — Ceterum non est omittendum hanc dialectum quo tempore inscriptae sunt tabulae illae Doricam indolem jam non integram servasse, sed vulgaribus formis satis multis fuisse inquinatam.

<sup>1)</sup> In horum numero etiam reduplicatam formam ἐρηγηίας retuli.

## INSCRIPTIONES ARGIVORUM, AEGINETARUM, HERMIONENSIVM.

### A. Inscriptiones Argivorum.

#### I. Digamma servatum.

1. [F]ANAΞΙΑΑΣ in monumento Cleonaeorum qui cum Argivis Atheniensibus auxilio profecti in pugna Tanagraea (457) occubuerunt (cf. Pausanias I 29, 7), C. I. Att. 441. Deest sane in ipso titulo, qualis nunc est, digamma; verum cum columna *συναρχόν* scripta, quae praeter alia nomina etiam hoc continet, ita sit mutilata ut nomini cuique littera prima desit, luce clarius apparet FANAΞΙΑΑΣ fuisse exaratum. Cf. Lacon. I 2, 3, II 18—20, Cret. II 1, 2, Boeot. I 5—14, Arcad. I 1, Cyp. I 1—4; v. infra III 10.
2. FE in titulo ejusdem fere aetatis, *Kirchhoff* Alph.<sup>3</sup> 84, 85. Quod monumentum tam mutilum est, ut dijudicari non possit utrum pronomen tertiae personae sit intellegendum, an ad aliud aliquod vocabulum pertineant duae illae litterae.
3. FEPTON in titulo nuper Olympiae effosso, quem *E. Curtius* in Arch. Ztg. XXXVI p. 181 (n:o 220) et litteris antiquis expressit, et recentioribus sic transscripsit:

Ἐυρόν Ἀθανοδώρου τε καὶ Ἀσωποδώρου τόδε φέρων  
Χὼ μὲν Ἀχαιὺς, ὁ δ' ἐξ Ἀργεὺς εὐρυχόρου.

Lapidem in quo incisus est hic titulus ad eandem basin, ubi insculptae erant dedicatio Praxitelis Arcadis et inscriptio Atoti et Argeadae (v. infra 10, Arcad. I 6) pertinere, viri docti, qui Olympiae in monumentis antiquitatis inquirendis sunt occupati asseverant. Quas inscriptiones cum litterarum ductus eodem fere tempore confectas esse ostendunt, Praxiteles ille duo signa (vel duo paria signorum) eidem basi imposita, quorum alterum Atotus et Argeadas, alterum Athanodorus et Asopodorus fabricati essent, dedicasse videtur. Inter Argivas hanc inscriptionem eam ob causam attuli, quia, cum alter artificum Achaeus alter Argivus sit appella-

tus, litterae X = χ, Ξ = ξ nec Achaicam nec Elidensem esse scripturam, forma FEPΓON Elidensem certe non esse dialectum ostendunt<sup>1)</sup>. Desunt sane certa dialecti scripturaeque Argivae indicia; casu enim factum est ut littera Λ, quae apud Argivos peculiarem habebat formam, in hoc titulo non occurrat. Omnino autem scriptura ad inscriptionem Atoti et Argeadae, quam Argivam esse constat, proxime accedit, si hoc unum excipias, quod Γ, quod in titulis Argivis ceteris angulatum est, hic linea incurva designatur. Utramque autem formam etiam Lacedaemonii et Arcades uno tempore usurpabant (cf. *Kirchhoff* Alph.<sup>3</sup> tab. II n:o VII, IX); quod quominus etiam ab Argivis factum esse statuamus nihil impedit. — In inscriptionibus ceterarum dialectorum hae formae stirpis ϖεργ digammo servato exstant: EFEPΓΑΣΑΤΟ Hermion. I 1, FEPΓON Col. Arch. I 1, Fεργαένετος, Fεργονίω, Fέργων, Fέργωνος Boeot. I 30—34, FAPΓON El. I 11, ϖεργεζε, εὐϖεργεσίας Cypr. I. 19, 20.

4. FI sinistrorsus scriptum in numero Argivo incertae aetatis, *Prokesch-Osten* Arch. Ztg. 1848 col. 276.
5. FIK[ATI] in titulo corruptissimo C. I. 18 (ex schedis Fourmonti). Medio fere saculo a Chr. n. 5 attribuit *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 84.
6. Φωα . . . in titulo litteris vulgaribus, non Argivis, scripto, qui prope Argos est repertus, *Rangabé* Antiq. Hellén. 361 b.
7. ΗΕΔΑFO[IϚ]OI in titulo mutilo C. I. 14 (ex schedis Fourmonti, ubi ΗΕΔΑFΘFΘOI traditum est). Hanc inscriptionem paulo aute Ol. 80 exaratam esse demonstravit *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 85, cf. tab. I n:o XIV.
8. ΗΕΔΑFOIKOI in titulo ejusdem fere aetatis ac qui 1, 2, 3, 5 continent, C. I. 19; cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 84.
9. ΔIFI in galea acnea Olympiae reperta, quam e praeda a Corinthiis facta Jovi dedicaverunt Argivi, C. I. 29, cf.

<sup>1)</sup> Cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 151 seq.; v. infra El. I 11.

Add. et corr. p. 885. De aetate hujus inscriptionis dissentiunt viri docti; olympiadi sexagesimae eam *Böckh*, octogesimae *Kirchhoff* l. l. 84 attribuit, certum autem aetatis indicium neque scriptura neque sententia paucorum quibus continetur vocabulorum praebet. Cf. *Διφός, Διφείθμις* Cypr. I 23, 24.

10. ΕΠΟΙΦΕΗΕ in titulo Atoti et Argeadae, *E. Curtius* Archäol. Ztg. XXXIV 47, 48, tab. 6 fig. 1 (v. supra 3). Mirae hujus formae digamma utrum antiquitus ad stirpem pertineat an aliquo modo e sonis vicinis sit profectum non dijudicaverim. Verbum *ποιέω* e radice *pu* derivatum esse suspicatus est *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 288; quod si recte se habet, ΕΠΟΙΦΕΗΕ per epenthesis vocalis I ex \*ΕΠΟΦΙΕΗΕ profectum esset.

## II. B quod digamma vicarium habetur.

1. ΒΟΡΘΑΓΟΡΑΣ in tit. C. I. 2, quem Argivis omnibus quos adhuc attulimus antiquiorem esse scriptura ostendit (cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 85, tab. I n:o XIV 1). Quos cum digamma servasse videamus, ab omni similitudine veri abhorreere videtur quod *Böckhio* aliisque viris doctis <sup>1)</sup> placuit, B in hoc nomine pro digamma esse scriptum. Nam quod *Böckh* allatis locis ex Hesycho: *βορθαγορίσκα χοίρετα κρέα. καὶ μικρὰ χοῖροι βορθάκει (βορθαγορίσκει?) Λάκωνες* atque ex Athenaeo IV 140 B: *οὐδ' ἐρθαγορίσκει . . . οἱ γαλαθγοῖ χοῖροι, ἀλλ' ἐρθραγορίσκει*, contendit *Dores* *Βορθαγόραν* appellasse qui vulgo *Ῥοθαγόρας*, id hercle glossis illis non probatur. Cf. ceterum quae ad formas *Βωρθέα Βωρσέα*, Lacon. II 14—16, attulimus. — Quid quod ita est exaratum P in hoc titulo, ut facillime cum A possit confundi? Quare nescio an probabiliter conjiciatur eos qui titulum descripserunt erasse, scriptumque fuisse ΒΟΑΘΑΓΟΡΑΣ, nomen id quidem adhuc ignotum, sed quod a formatione nominum Graecorum non abhorreat.

<sup>1)</sup> Velut *Saundersbergio*. De dig. p. 24, et *Christio*, Lautlehre p. 245.

III. *Digamma neglectum.*

1. ΑΕΘΑΟΙΣ in inscriptione medio saeculo a. Chr. n. 5 conscripta, C. I. 17, melius apud *Ross* Inscr. Gr. ined. I n:o 55 (cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 84); e rad. ϖεθ, *Curtius* Grundz.<sup>4</sup> 249; cf. ΑΓΕΘΑΑ Pamphyl. II 1.
2. ΔΑΙΚΑΕΣ in tit. ejusdem aetatis C. I. Att. 441 (v. supra I 1); ex stirpe δαϖ, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 230; cf. δεδαυμένον περιπεφλεγμένον, δαβεῑ καυθ̄ι, δαβελός δαλός Hesych., δα-velé in lingua Zaconum (v. pag. 21), δάσιον apud Priscianum I 22. V. infra 7.
- 3, 4. ΚΑΕΟΝ in tit. duobus, altero C. I. Att. 441 (v. I 1, III 2), altero C. I. 19 (v. supra I 8): cf. ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3.
5. ΚΑΕΟΣΤΡΑΤΟΣ C. I. 19 (v. supra I 8, III 4).
6. ΚΑΕΤΟΣ C. I. 2 (v. supra II 1).
7. ΔΑΙΚΑΕΣ v. supra 2.
8. ΟΦΕΛΛΟΚΑΕΙΔΑΣ C. I. 18 (v. supra I 5).
9. Σ[Ο]ΚΑΕΙΔΑΣ C. I. 19 (v. I 8, III 4, 5).
10. [F]ΑΝΑΞΙΑΑΣ in monumento Cleonaeorum C. I. Att. 441 (v. supra I 1, III 2); ΑΑΣ contractione Dorica e λάος quod antiquitus erat \*λαφος natum; cf. Λαυαγήτα Lacon. III 1, ΑΑΦΙΝΟΣ Col. Ach. I 3, 4.
11. ΣΘΕΝΕΑΑΣ in tit. antiquo C. I. 2 (v. supra II 1, III 6).

B. *Inscriptiones Aeginetarum.*

*Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.*

1. ΔΙΟΤΙΜΟΣ in titulo priore saeculi 5 parte conscripto, *Pittaces*, Έφετηρ. ἀρχ. 2649, v. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 100, 101. Cf. ΔΙΦΙ Arg. I 9.
2. ΔΑΜΟΦΟΟΝ in tit. ejusdem fere aetatis, C. I. 2138<sup>d</sup>; e stirpe ϖαϖ, cf. Aeol. ϖαῦος. Pamphyl. ϖάβος (Heraclides apud Eustathium 1654, 20), Δτυμοϖάϖων quod in titulo antiquo exstitisse testis est Priscianus I 22, VI 69; cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 298; v. Φαυίδα Arcad. II 2.
3. ΑΡΙΣΤΟΑΙΔΑ in tit. ejusdem aetatis C. I. 2140<sup>a</sup> 7 cf. Arg. III 10, cct.

### C. Inscriptiones Hermionensium.

#### I. Digamma servatum.

1. EF[E]PΓΑΣΑΤΟ in titulo quem medio saeculo 5 conscriptum esse demonstravit *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 150, 151; C. I. 1194. Tradita scriptura est EFPΓΑΣΑΤΟ; quae cum ex schedis Fourmonti vitiis scatentibus sit ducta, nescio an suo jure *Kirchhoff* l. l. in ipso lapide EFEP-ΓΑΣΑΤΟ fuisse exaratum conjecerit; cf. FEP'ON Arg. I 3, Col. Ach. I 1, Fεργαένετος cet. Boeot. I 30—34, FAPON El. I 11, εφερεζε, εδφεργεσις Cypr. I 19, 20.

#### II. Digamma in titulo antiquae scripturae neglectum.

1. KPEΣΙΑΑΣ in tit. ejusdem aetatis C. I. 1195 (ex schedis Fourmonti), accuratius, reperto titulo a viro docto Foucartio, apud *Le Bas*, II p. 497, n:o 150 a, expl. p. 73; *Kirchhoff* Alph.<sup>3</sup> 151. Ex stirpe λαφο.

In Argivis igitur titulis *decies* servatum reperimus digamma: *quinquies* in initio vocabulorum totidem (nam compendii FI hic non habeo rationem), *bis* in initio membri secundi ejusdem vocis duplicatae, *semel* in media stirpe ΔIF; quatenam sit ratio mirae illius formae EHOIFEHE non possum decernere. Digammi in initio vocum neglecti ne unum quidem exemplum reperimus; exempla neglectae in mediis stirpibus hujus consonae *undecim* exstant ad stirpes *quattuor* pertinentia. Unde apparet Argivorum dialectum, quam etiam aliis in rebus antiquitatis tenacissimam fuisse constat, quamdiu antiqua scriptura in usu erat digamma plerumque in sedibus ejus antiquis servasse.

Aeginetarum Hermionensiumque inscriptiones, quas propter vicinitatem Argivis subjunxi, pauciores sunt, quam ex quibus aliquid concludere possimus.

## INSCRIPTIONES CORINTHIAE, CORCYRAEAE (CUM ACARNANICIS), SYRACUSANAE.

### A. Inscriptiones Corinthiae.

#### I. Digamma servatum.

1. FEKABA <sup>1)</sup> in vase fictili litteris Corinthiis inscripto, quod Caerete est repertum, Ann. dell' inst. arch. 1855 p. 71, 72, tab. 20. Litterarum ductus iidem sunt, quos titulis Corinthiis saeculi 6 peculiare esse demonstravit *Kirchhoff* Alph.<sup>3</sup> 89, 92. — Ad quamnam stirpem pertineat hoc nomen non constat; conferri possunt aut βεκάς μακράν Hesyeh. ac Φεκηβόλος apud Marium Victorinum p. 15 (Keil), aut FEΦONTΑΣ Loer. I 8. Cf. *Knös*, De dig. Hom. 63—66.
2. FIOI bis in vase ejusdem generis, *Conze*, Ann. dell' inst. arch. 1864, tav. d'agg. O P III. E libro *G. Meyeri*, Prof. v. Wilamowitz-Möllendorff und die Griechischen Dialekte <sup>2)</sup> p. 20 video viros doctos nonnullos formas FIOI ΔIOI ΗΑΛΛΘΟΙ, quae picturae mortui praeficarumque adscriptae sunt, nomina feminarum in -ώι cadentia esse existimare. Verum forma FIOI cum in eadem pictura sit iterata, nescio an probabilius sit quod *Conze* conjecit, his vocabulis clamores plorantium significari; cf. infra 3, 4, II 2—4.
- 3, 4. FION ter in ejusdemmodi vase C. I. 7374, Ann. dell' inst. 1836 p. 310 n:o 1, semel in alio vase simili, *Gerhard*, Auserl. Gr. Vasenbilder III p. 29 tab. 258. In hoc viri armati currentes in illo aprum venantes

<sup>1)</sup> In vase, cujus inscriptiones C. I. 7379 afferuntur, *Gerhard* (Auserl. Vasenb. III p. 81 annot. 7, 8) praeter nomina quae in C. I. descripta sunt etiam Φακζβα (sic) scriptum esse perhibet; *Mommsen* autem (Die Unteritalischen Dialekte p. 35 annot. 48) se ibidem FEKABA (fere extinctis litteris primis) legisse testatur. Ex qua discrepantia concludendum videtur litterarum ductus jam vix distingui posse, quam ob rem hujus exempli in contextu non habui rationem.

<sup>2)</sup> Leipzig 1878.

- depicti sunt, quare veri simile videtur vocabulo FION utrobique certantium clamores non nomina significari; cf. 2.
5. FIONIS in eodem vase ac 1. Hoc nomen utrum e stirpe  $\epsilon\iota$  (Lat. *vis*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 392, cf. FΙΦΙΤΟΣ infra 8) an e FIO (Lat. *viola*, *Curtius*, l. l. 391, cf. FIOAA, FIOAAFOΣ infra 6, 7) sit derivatum non dijudicaverim.
  6. FIOAA in magno cratere ejusdem generis Caerete reperto, *Welcker*, Ann. dell' inst. 1859 p. 243 seq.: Monum. dell' inst. VI, tab. XXXIII. Hercules ibi hospes in domo Euryti depictus est, nomenque FIOAA figurae Iolae adscriptum. Ex stirpe FIO, cf. Lat. *viola*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 391; cf. FIOAAFOΣ infra 7, Βιόλας Lacon. II 12, OIANΘΕΟΣ Coreyr. III 1, OIANΘEA Locr. II 1.
  7. FIOAAFOΣ in vasculo Aeginae reperto, quod ejusdemmodi litteris inscriptum est, *Welcker*, Alte Denkmäler III, Gr. Vasengemälde, pag. 261 Tab. VI. Depicti sunt Hercules et Iolaus Hydram aggredientes; cf. Terentianus Maurus v. 657: Et ille Iolaus *Violens*, crede Marco Tullio. V. supra 6.
  8. FΙΦΙΤΟΣ in eod. cratere ac 6; e stirpe  $\epsilon\iota$ , *vi*, unde etiam Lat. *vis* derivatum est, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 392; cf. *Knös*, De dig. Hom. 126 seq.
  - 9—11. AIFΑΣ in tribus vasis: 1) C. I. 7377; 2) in magno illo cratere, *Welcker*, Ann. dell' inst. 1859 p. 243 seq., Monum. dell' inst. VI tab. XXXIII (in alia pictura atque ea quae FIOAA, supra 6, continet); 3) bis in cylice antiquo, Archäol. Anz. 1856 col. 187 seq., C. I. Gr. IV praef. p. XVIII, *Wachsmuth*, Rh. Mus. XVIII 580, Bull. dell' inst. 1860 p. 117; Ann. dell' inst. 1862 p. 59, tav. d'agg. B.
  12. ΔFENIA in cippo antiquissimo βουστροφηδόν inscripto qui Corinthi est repertus, *Lolling*, Mitth. des. d. archäol. inst. in Athen I p. 40 seq., tab. I, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 88, *Curtius*, Stud. VIII 465, 466. Hoc nomen manifeste ostendit verbum δειδω cet. non e stirpe *di*, sed

ut antea jam conjecerat *Fick*, Vgl. Wörterb. I<sup>3</sup> 113, e *divi* esse derivatum.

13. ΔΙΑΙΦΟΝ eidem picturae ac 9 adscriptum, Euryti filium designat, cujus nomen in fragm. Hesiodico 129 (Göttling; Markscheffel 70, Dindorf 41, Schoemann 42) Δῆϊων legitur. Haec autem forma in versum non cadit. Quid quod Διαίφων vel Διαίων optime videtur quadrare: τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντο Διαίων τε Κλυτίος τε?
14. ΞΕΝΦΟΝ (Ξένφων) in vase Corcyrae reperto, *Wachsmuth* Rh. Mus XVIII 580, Ann. dell' inst. 1862 p. 46 seq., tav. d'agg. A. Vestigia digammi hujus stirpis in Ionico ξέννος, Lesbio ξέννος (*Ahrens*, Dial. I 55), fortasse etiam in formis Boeoticis Ξέννει, Ξεννίαο, Ξέννω (v. Boeot. III 163—165) apparent. Ipsum digamma etiam in Corcyraeis titulis exstat: ΞΕΝΦΑΠΕΟΣ, ΠΡΟΞΕΝΦΟΣ Corcyr. I 7, 8.
15. ΟΠΙΦΟΝ in vase Corinthio, *De Witte*, Archäol. Ztg. 1864 p. 154 seq., tab. 184.

## II. Digamma in inscriptionibus antiquae scripturae omissum.

1. ΔΑΙΦΟΒΟΣ in vase fictili C. I. 7379, *Gerhard*, Auserl. Vasenbilder III p. 81 (v. supra I 1, annot.<sup>1</sup>); ex stirpe δαφ, cf. Arg. III 2.
2. ΔΙΟΙ in eod. vase ubi ΦΙΟΙ scriptum est, v. I 2. Quae formae si nomina sunt, ΔΙΟΙ certe ad. rad. διφ referendum videtur; probabiliorem autem esse sententiam eorum, qui eas interjectiones esse existimant, supra significavi. Quod etiam ad formam quae sequitur pertinet.
- 3, 4. ΔΙΟΝ in duobus vasis, iisdem quae ΦΙΟΝ habent (v. I 3, 4).
5. ΞΕΝΟΚΛΕΣ in vase, quod scriptura saeculo 5 incipiente inscriptum esse arguit, *Dumont*, Revue Archéol. 1873 I p. 325, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 90. Cf. ΞΕΝΦΟΝ supra I 14.
6. ΠΟΛΥΞΕΝΑ in ead. inscriptione ac ΔΑΙΦΟΒΟΣ, supra 1. — Animadvertendum est in hoc nomine litteram Α

formam inscriptionibus Chalcidicis, Boeoticis, Atticis antiquis peculiarem habere.

7. ΚΑΕΤΟΛΑΣ sinistrorsus exaratum in cippo, qui in Pe-raea Corinthia est repertus, *Kirchhoff*, *Alph.*<sup>3</sup> 88. Cf. ΚΑΕΦΟΣ *Phoc.* I 3.
8. ΗΕΡΑΚΛΕΣ in eod. vase, cui ΦΙΦΙΤΟΣ, ΔΙΔΑΙΦΟΝ sunt inscripta, v. I 8, 13.
9. ΗΠΙΟΚΛΕΣ in vase quod ΑΙΦΑΣ bis habet inscriptum, v. supra I 11.
10. ΞΕΝΟΚΛΕΣ v. supra 5.
11. ΠΑΤΡΟΚΛΟΣ in vase quod ΟΠΙΦΟΝ habet, v. supra I 15. Hujus quoque nominis pars posterior e κλέφος est derivata.
12. ΧΑΡΙΚΛΙΔΑΣ in vase cui ΞΕΝΦΟΝ inscriptum est, v. I 14.
13. ΚΑΕΤΟΛΑΣ v. supra 7; -ΛΑΣ e -λαφος contractum.
14. ΠΡΟΤΕΣΙΑΑΣ in eod. vase atque ΟΠΙΦΟΝ, v. I 15, II 11.

## B. Inscriptiones Coreyraeae (et Aearnicae).

### I. Digamma servatum.

- 1, 2. F in parte aversa duorum nummorum Oeniadensium, *Friedländer*, *Berliner Blätter für Münz-, Siegel- und Wappen-kunde* II (Berlin 1865) p. 6 seq., tab. XIII A 1, 2; in altera parte nummi prioris litterae ΟΙΝΙ exstant, unde Ϝ detritum esse potest. Dubitari certe nequit, quin nomen Οἰνιάδαι e stirpe Φοῖνο sit derivatum; v. γοῖνος οἶνος cet. *Hesych.*, Lat. *vinum*, cf. *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 393, *Knös*, *De dig.* Hom. 137. Digammi vestigia in in inscriptionibus haec exstant: Βοινε . . . *Lacon.* II 13, Βοινοβίου, [B]οῖνοπα *Cret.* II 6, 7; v. infra 3.
3. [F]ΟΙΝ[ΙΑΔΑΙ] in alio nummo ejusdem oppidi, *Friedländer*, *Berl. Bl. f. Münzk.* II 6 seq., tab. XIII A 3; viri docti alii FOINAF, EOIN, KOIN, EOINF legerunt. Unde probabiliter conjici potest re vera FOINI . . . fuisse scriptum. Praeterea in media eadem nummi parte, quae hanc inscriptionem habet, F magnum exstat.

4. AFYTAN in titulo qui cippo Arniadae βουστροφηδόν est inscriptus, *Franz*, Arch. Ztg. 1846 N:o 48, *Ross*, Jahrb. f. Philol. LXIX 544 seq., *Vischer*, Rh. Mus. IX 383 seq.; saeculo 6 attribuit *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 97. Ex stirpe αϜ (spirare), *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 390.
5. ΑΡΙΣΤΕΥ[F]ΟΝΤΑ ibid. Quod in ipso lapide ΑΡΙΣΤΕΥΤΟΝΤΑ scriptum est, errori quadratarum videtur deberi. Cf. formae similes ΒΑΚΕΥΨΑΙ, ΕΥΨΑΡΑ Boeot. I 90, 91, ΕὐΨαγόρω, ΕὐΨέλθων, ΕὐΨέλθου(ν)τος, κατεσκευασσε Cypr. I 44—47, ΕΥΒΑΑΚΗΣ Lacon. II 17.
6. ΗΟΨΟΨ in termino Corcyraeo, *Wachsmuth*, Rh. Mus. XVIII 575, *Bergmann*, Hermes II 139, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 93. Scriptura hujus tituli, collatis inscriptionibus Corinthiis, saeculum 5 medium vel exiens videtur indicare. Cf. Ὁρβος II 1.
7. ΞΕΝΨΑΠΕΟΨ in titulo sinistrorsum exarato qui in cippo Corcyraeo exstat, *Bergmann*, Hermes II 136. Litterarum figurae saeculum 6 indicant. Cf. ΞΕΝΨΟΝ Cor. I 14, ΗΨΟΞΕΝΨΟΨ infra 8.
8. ΗΨΟΞΕΝΨΟΨ in Menecratis monumento, quod eadem ratione est inscriptum, *Ross*, Jahrb. f. Philol. LXIX 535, *Franz*, Arch. Ztg. 1846 N:o 48, *Rangabé*, 318.
9. ΗΟΑΥΝΟΨΑΨ in alio monumento sepulcrali ejusdem aetatis, C. I. 20, accuratius apud *Wachsmuth*, Rh. Mus. XVIII 578.
10. ΗΨΟΨΑΨΙ in cippo Arniadae, v. supra 4; ex stirpe ρο, Sanscr. *sru*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 354; cf. ρόϜω Cypr. I 33.
11. ΨΤΟΝΟΨΕΨΑΝ ibid.; Ϝ pertinet ad suffixum Ϝε(ν)τ = Sanscr. *vant*; cf. ΤΙΜΑΨΕΨΑ Pamphyl. I 9.
12. ΤΑΑΨΙΑΨΟ in cippo Menecratis (v. supra 8); digamma non antiquitus servatum est, sed e vocali O profectum, v. ΕΔΕΔΟΨΑΨ, ΕΔΕΔΟΨΕ Lacon. I 10, 11, ΓίλαϜαϜος, ΤιμολχάριϜος Cypr. I 43, 48; cf. etiam ΑΡΙΣΤΕΥΨΟΝΤΑ supra 5.

II. *B digammi vicarium.*

1. ἄρβος in termino Corcyraeo C. I. 1909, *Wachsmuth*, Rh. Mus. XVIII 577 (ex apographo Cyriaci Anconitani); titulus cum litteris vulgaribus sit exaratus, vix saeculo 4 antiquior videtur. Cf. HOPFOΣ I 6.

III. *O antiqui digammi loco.*

- 1 OIANΘEOΣ in cippo Menecratis, v. supra I 8, 12. Οἰάνθεια oppidum Locridis apud Plutarchum Ἰάνθεια appellatur; unde probabiliter coniecit *Curtius*, hoc nomen e \*στ-ανθη esse natum (Grundz.<sup>4</sup> 561); cf. FIOAA, FIO-ΛAFOΣ Cor. I 6, 7, Βιόλας Lacon. I 12; v. OIANΘEA Loer. II 1.

IV. *Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.*

1. APNIAΔA in antiquissima illa inscriptione quae formas AFYTAN, APICTEYFONTA, PHOFAIΣI, ΣTONOFESAN (I 4, 5, 10, 11) continet. Si e stirpe φαρν (ovis, cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 347, *Knös*, De dig. Hom. 56, 57) derivatum est hoc nomen, sane jam mature digamma, quod in nomine Φάρων Boeot. I 20 est servatum, amississe videtur. Verum nihil equidem video, quod impediatur, quominus ad aliam stirpem, velut ad eam unde profecta sunt verba ἄρνυμαι, ἀρέσθαι, referatur. Quid quod, cum Φάρων illud in titulo recentioris scripturae sit exaratum, in alio titulo Boeotico antiquis litteris conscripto Ἄρνειςίχα exstat?
- 2 ΔΙΟΣ in tit. Acarnanico, *Heuzey*, Le mont Olympe et l'Acarnanie <sup>1)</sup>, N:o 72, p. 395. Litterae antiquae videntur; sed tam brevis est inscriptio, ut discerni non possit utrum Corinthia sit scriptura an non.
- 3 OIANΘEOΣ v. III 1; digamma terminationis εφος, ut plerumque, extinctum; cf. βασιλέφος, Ἐδαιλέφος, Κετιέφος Cypr. I 36—42.
- (4. OINI . . . in nummo Oeniadensium, v. I 1).

<sup>1)</sup> Paris, 1860.

5. ΗΠΟΚΑΕΙΔΑΣ in tit. Acarnanico C. I. 1794 h. Scriptura eadem est, quae titulis Corinthiis saeculi quinti est peculiaris, cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 95. V. ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3.
6. ΠΟΟΣ in tit. Corcyraeo aliquanto post ceteras scripto, C. I. 1877, v. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 94. Cf. ΠΗΟΦΑΙΣΙ supra I 10.

### C. Inscriptiones Syracusanae.

*Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.*

1. ΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ in galea quam e praeda in pugna Cumana anno 474 a. Chr. n. parta Jovi Olympio dedicavit Hiero, C. I. 16. Cf. ΔΦΕΝΙΑ Cor. I 12.
2. ΔΙ in ead. inscr., cf. ΔΙΦΙ Arg. I 9.
3. ΚΑΕΟ . . . ΕΣ in titulo qui paucis annis ante videtur scriptus, *Schubring*, Jahrb. f. Philol. IV Suppl.-Bd. p. 659 seq., fig. 6, Philologus XXIII 361 seq., *Bergmann*, Philol. XXVI 567.

Inter reliquias sermonis Corinthiorum non solum quae Corinthi repertae sunt inscriptiones sed etiam vocabula quae in vasis fictilibus dialecto Dorica litteris Corinthiis sunt scripta retuli. Talia enim vasa, ubicunque sunt reperta, quin Corintho ex oppido antiquitus figlinis imprimis operibus celebrato <sup>1)</sup> eodemque emporio frequentissimo sint exportata, non potest dubitari. In una tantum ex inscriptionibus, quas attuli, inconstans est scriptura, ita ut aliae litterae antiquissimam formam Corinthiam habeant, aliae vulgarem, aliae eam quae titulis Boeotiis, Chalcidensibus, Atticis antiquis est peculiaris (C. I. 7379, v. supra Cor. II 1, 6). Unde, si accurate descriptas esse litteras hujus inscriptionis in C. I. confidere liceret, retentionis eam esse notae futamque antiquitatis speciem prae se ferre concluderemus. Re autem vera minus accurate expressam videri supra (pag. 33 annot. 1) monuimus. — Inscriptiones Tlesontis et Ergo-

<sup>1)</sup> Cf. *Jahn*, Ber. über die Verhandl. d. Sächs. Ges. d. Wiss., Phil.-hist. Cl., VI (1854) p. 28.

telis Nearchi filiorum artificum, quae in vasis multis exstant (velut C. I. 8183, 8299—8309, *Jahn*, Vasensammlung, N:o 17, 19, 32—34, *Le Bas*, 87 a), inter Corinthias non retuli. Nam hae inscriptiones, quas Corinthias appellare consueverunt viri docti, Corinthiis omnino litteris non sunt exaratae, sed scriptura quae ad antiquam Atticam proxime accedit.

Titulis Corinthiis eos qui Coreyrae et Syracusis, in Corinthiorum coloniis, sunt exarati subjeci. Ac cum etiam in Acarnania septentrionali colonias Corinthiorum exstitisse constet, titulum ibi repertum C. I. 1794 *h* (cf. Coreyr. IV 5) qui et scriptura et dialecto cum Coreyraeis congruit in horum numero referendum censui. Quo autem commodius exiguae quae harum regionum sermonis exstant reliquiae uno loco reperirentur, ceteras quoque inscriptiones Acarnanicas ibidem attuli (Coreyr. I 1—3, IV 2).

Inscriptiones *Corinthiae* unde formas quae supra sunt enumerata excersi, omnes litteris antiquis, quae ad saecula 6 et 5 videntur pertinere, scriptae sunt, v. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 88 seq. Quamquam non omnittendum est fieri potuisse ut ex inscriptionibus vasorum una vel altera tempore posteriore imitatione ex antiquis illis sit expressa. — Inter 15 servati digammi exempla 8, ad stirpes 3 vel 4 (cf. I 2—7) pertinentia, hanc consonam in initio vocum, 7, ad stirpes 5 pertinentia, in mediis verbis exhibent. Contra ne unum quidem digammi in initio vocum omissi exemplum in his titulis exstat; in mediis vocibus 11, ad stirpes 5 pertinentibus *quaterdecies* neglectum est.

In titulis *Coreyraeis* digamma *novies* reperi scriptum, atque id quidem in mediis vocabulis; ex quibus 7, ad stirpes 6 pertinentia, antiquitus servatam, 2 e sonis vicinis perfectam hanc consonam habent. Semel, in inscriptione recentioris scripturae, B digammi vicarium legitur; semel in monumento saeculi 6, at in gentis extraneae nomine, O loco digammi antiqui videtur scriptum. Exempla digammi neglecti in titulis antiquae scripturae Coreyraeis, praeter incertum illud APNIAΔA duo tantum reperi, alterum in genetivo substantivi in εο cadentis, alterum in titulo ceteris recentiore

(IV 6); semel denique in tit. illo *Acarmanico* litteris Corinthiis scripto (in nomine ΠΡΟΚΛΕΙΔΑΣ) neglectum est.

Tituli Corinthii et Corcyraei cum non solum eandem scripturam sed etiam easdem sermonis proprietates prae se ferant, recte unius dialecti monumenta existimari possunt. Quae dialectus digamma summa constantia in sedibus ejus antiquis videtur servasse. Vix enim casu factum esse potest ut in paucis illis inscriptionibus saeculi 6 et 5 tot formae exstent, quae hanc consonam in mediis vocibus exhibeant (cf. ΑΦΥΤΑΝ, ΑΙΦΑΣ, ΔΦΕΝΙΑ, ΔΙΔΑΙΦΟΝ, ΦΙΟΛΑΦΟΣ, ΗΟΦΟΣ, ΞΕΝΦΑΡΕΟΣ, ΞΕΝΦΟΝ, ΠΡΟΞΕΝΦΟΣ, ΠΟΛΥΝΟΦΑΣ, ΦΗΦΑΙΣΙ, ΣΤΟΝΟΦΕΣΑΝ. Quarum pleraeque (quae ad stirpes αφ, δφ, όρφ, ξενφ, νοφ pertinent, omissis iis quarum originatio incerta est) in his inscriptionibus solis digamma servaverunt. Quem sonum in hujusmodi formis nonnullis etiam post receptam scripturam recentiore esse pronuntiatum forma ερβος ostendit; alio eundem tempore in aliis stirpibus obmutuisse inde apparet, quod nomen ΞΕΝΟΚΑΕΣ in inscriptione saeculi 5 litteris antiquis sed sine digamma scriptum exstat; — nisi forte et aliae gentes et Corinthii jam mature nominum omnibus dialectis Graecis communium formas quasdam vulgares easque satis attritas recepisse existimandi sunt.

Exiguae quae exstant reliquiae inscriptionum vetustiorum *Syracusanarum* nihil fere aliud de usu digammi docent, nisi saeculo 5 ineunte hanc consonam et in stirpe δφ, ubi sexto certe saeculo apud Corinthios viguit, et in δφ fuisse extinctam.

## INSCRIPTIONES CEPHALLENIAE.

*Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.*

1. ΚΑΕΑΠΙΟΣ in titulo sinistrorsum scripto, C. I. 1928; cf. ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3.
2. ΠΑΑΕΟΣ in titulo incertae originis, quem propter adjectivum e nomine oppidi quod erat Παλή derivatum

ΠΑΛΕΟΣ Cephalleniae attribuit *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 156;  
cf. Ἐδαλιέφες, Κετιέφες Cypr. I 41, 42.

## INSCRIPTIONES MEGARICAE ET SELINUNTIAE.

### A. Inscriptiones Megaricae.

*Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.*

1. ΔΙΟΚΛΕΔΑ in cippo Piraei reperto, *Lenormant* (ex ectypo chartaceo *Foucartii*), Rh. Mus. XXI 376 (n:o 155), *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 99, cf. ΔΙΦΙ Arg. I 9.
2. ΜΕΓΑΡΕΣ in cippo in Megaride reperto, *Lenormant*, Rh. Mus. XXI 390 (n:o 230), *Le Bas*, 61 a, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 99; cf. Ἐδαλιέφες, Κετιέφες Cypr. I 41, 42.
3. ΔΙΟΚΛΕΔΑ v. supra 1; cf. ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3.
4. ΗΥΨΙΚΑΕΟΣ in eod. titulo ac 2.

### B. Inscriptiones Selinuntiae.

*Digamma in titulis antiquae scripturae omissum vel in spiritum asperum immutatum.*

1. ΕΞΕΚ[ONTA] in titulo qui medio fere saeculo a. Chr. n. 5 exaratus videtur, *Benndorf*, Die metopen v. Selinunt,<sup>1)</sup> p. 27, cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 100. Cf. FEXE (Ἐξέγοντα) Lacon. I 4, Fέξ cet. Heracl. I 1—5, FEX (Ἐξ) Phoc. I 1, FEΞ Pamphyl. I 1.
2. HEKATAI in titulo ejusdem fere aetatis, *Holm*, Bursians Jahresber. I p. 81, cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 100. Hoc nomen sive ad eam stirpem unde ἐκών sive ad eam unde ἐκάς est derivatum pertinet, antiquitus a digamma incipit; cf. FEΦONTΑΣ Locr. I 8, FHEKAΔAMOE Boeot. I 40, atque βεκάς μακράν sim. Hesych., Φεκηβόλος apud Marium Victorinum p. 15 (Keil). Alia originitio aliis viris doctis placuit; at collatis formis Φεκηβόλος, ἐκατηβόλος, ἔκατος, nescio an nec inter se disjungi possint cognomina haec Apollinis, nec ab eis separari nomen

<sup>1)</sup> Berlin 1873.

- deae quod est HEKATE. V. *Knös*, De dig. Hom. 63 seq. cf. FEKABA Cor. I 1.
3. ΔΙΟ[Σ] in eod. tit. ac. 1; cf. ΔIFI Arg. I 9.
- 4, 5. ΔΙΑ bis ibid.
6. ΗΕΡΑΚΛΕΑ ibid; cf. ΚΛΕΦΟΣ Phoc. I 3.
- (7. [Ξ]ΕΝΟΝΟΣ in eod. tit. ac 2; littera prima exstincta est; quam si recte supplevit *Ugdulena*, ad stirpem ξενφο pertinet hoc nomen; *Holm*, Burs. Jahresb. I p. 81 ΜΕΝΟΝΟΣ legendum esse perhibet).
8. ΣΕΛΙΝΟΝ[ΤΙΟΙ] in eod. tit. ac 1, 3—6; e Σελινοφέντιοι contractum; cf. ΣΤΟΝΟΦΕΣΑΝ Corcyr. I 11, ΤΙΜΑΦΕΣΑ Pamphyl. I 9.

Tam parvae exstant monumenta dialecti Megaricorum Selinuntiorumque, ut ex iis certi quidquam de digammi usu concludi non possit. Ex forma tamen imprimis ΕΞΕΚ[ΟΝΤΑ], quam recte sic legisse videtur *Benndorf*, satis probabiliter conjeceris digamma saeculo 5 apud eos magis obsolevisse quam apud Lacones, Phocaeenses, Heraclienses, quorum inscriptiones saeculo eodem exaratae vel eo recentiores in hac stirpe digamma exhibent. — Vestigium fortasse digammi habendus est spiritus asper in ΚΑΘΙΔΙΑΝ (καθ' ἰδίαν), quod in titulo recentioris scripturae Aegosthenis in Megaride reperto exstat (*Welcker*, Bullett. dell' inst. archeol. 1843 p. 169 seq., *Cauer*, Delectus inscriptionum n:o 34).

## INSCRIPTIONES LOCORUM ET PHOCIORUM.

### A. Inscriptiones Locrorum.

#### I. Digamma servatum.

1. ΕΑΝΤΟΝ in tabula aenea Oeanthoeo venente, quae fœderis

- Allen*, De dialecto Locrensi, Stud. III 207 seq. — Non multo ante bellum Peloponnesium exaratam esse hanc inscriptionem censet *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 135, 136. — FASTON et quae sequitur forma FAΣΣTOΣ e \*φαστο, rad. *vas*, derivatae sunt, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 206; cf. Βαστίας, Lacon. II 1, Φαστυμειδοντίω, Φάστιος, Φαστίσιος, FAST., Boeot. I 22—26, FAΣΣTYΠO (Φαστούγω) Arcad. I 2.
2. FAΣΣTOΣ *ibid.*
  3. FEFAΔEΦOTA (φεφαδηότα) in majore tabula aenea Nau-pacti reperta, quae decretum Locrorum Hypocnemidiorum ante annum a. Chr. n. 455 exaratam continet; post *Oeconomidem*<sup>1)</sup> ediderunt *G. Curtius*, Die neue Lokrische Inschrift, Stud. II 441 seq., *Vischer*, Rh. Mus. XXVI 39 seq. — Forma FEFAΔEΦOTA ad rad. *svad* pertinet, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 228, v. *Knös*, De dig. Hom. 202 seq.; cf. FAΣIDAΜOΣ Thess. I 1, Φάδωνος, Φαδιουλόγω, Φασάνδριος, Φασίας Boeot. I 1—4.
  4. FEKAΣTOΣ *ibid.* Hanc vocem ex stirpe φεε derivatam esse demonstravit *Allen*, Stud. III 248—252, cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 460, *Knös*, De dig. Hom. 66 seq.
  5. FEKAΣTOYΣ *ibid.*
  - 6, 7. FEKAΣTON (= φεκάστων) *bis ibid.*
  8. FEΦONTAΣ *ibid.*: ex stirpe φεκ = Sanscr. *vac*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 135; cf. FHEKAΔAMOΕ Boeot. I 40, FEKABA Cor. I 1.
  9. FEΣIIAΠION (= φεσπαρίων) *ibid.*; cf. Lat. *vesper*, v. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 380, *Knös*, De dig. Hom. 107; aliud digammi in hac stirpe servati exemplum fortasse est φεσ[πέρας] Boeot. I 35.
  10. FE[T]OΣ *ibid.*; in ipsa tabula littera T errore est omissa, Cf. formae digammo scriptae Lacon. I 5—7, Heracl. I 6—10, II 10, Pamphyl. I 2, Boeot. I 36—39, El. I 14, Cypr. I 7, 8.
  11. FETEA *ibid.*

<sup>1)</sup> Ἐποικία Λοκρῶν γράμματα, ἐν Ἀθήναις 1869.

12. FIDIOXENO (= *φιδιοξένω*) in tabula Oeantheensi, v. supra 1, 2; ex stirpe *σφε*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 396. Cf. FOI infra 13, Arcad. I 6, Cypr. I 9, 10, *φοι* Lesb. I 2, 3, Boeot. I 67, *σε* Lesb. I 1, *φιδία*, *φιδίαν* Heracl. I 11, 12, *φιδίαν*, *φίδιον* Boeot. I 45—49.
13. [F]OI *ibid.* ex conjectura probabili *Kirchhoffii*. In ipsa tabula ΔΠΑΕΙΟΙΘΟΙΕΣΤΟ exstant, quae si integra sunt, διπλεῖ οἱ θωῖῃ ἔστω est legendum; vocabulum enim διπλεῖ Doricum est adverbium, quod etiam in tabula Heracliensis occurrit. Verum cum inscriptiones ceterarum dialectorum antiquis litteris exaratae ne unum quidem exemplum digammi in stirpe *σφε* neglecti exhibeant, veri simile non est consonam illam in hac inscriptione, quae summum omnino antiquitatis colorem prae se fert, fuisse omissam. Summo igitur jure *Kirchhoff* ΔΠΑΕ FOI fuisse scriptum ac διπλεῖ *φοι* esse legendum statuit.
14. FOIKEONTOΣ in tabula Hypocnemidica, v. supra 3—11; cf. aliae formae servato digamma Arg. I 6—8, Col. Ach. I 2, Boeot. I 68—83, Cypr. I 11—15.
15. FOIKETAIS *ibid.*
16. FOIKIATAN *ibid.*; quod scriptum est METAFOIKIATAN *Curtius*, Stud. II 445 μεταφοικιατᾶν legit, *Vischer*, Rh. Mus. XXVI 19 seq. melius μετὰ φοικιατᾶν = in gegenwart der hausgenossen.
17. ΗΑΠΙΦΟΙΚΙΑ (*ἀπιφοικία*) *ibid.*
18. ΤΟΠΗΦΟΙΦΟΙ (*τῶπιφοίφω*) *ibid.*
19. ΕΠΗΦΟΙΦΟΝ (*ἐπιφοίφω*) bis *ibid.*
20. ΕΠΗΦΟΙΦΟΝ (*ἐπιφοίφω*) quater *ibid.*
21. ΕΠΗΦΟΙΦΟΥΣ bis *ibid.*
22. ΕΠΗΦΟΙΦΟΙΣ *ibid.*
23. METAFOIKEOI in tab. Oeantheensi, v. supra 1, 2, 12.
24. FOTI *ibid.* Digamma aut e vocali O est profectum (cf. ΤΛΑΣΙΑΦΟ Coreyr. I 12) aut sculptoris errore additum; cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 398.
25. ΝΑΠΗΑΚΤΙΟΝ (*Ναυπακτίων*) semel in tabula Hypocnemidica, quae eadem multis locis ΝΑΥΠΙΑΚΤΙΟΝ sim. ha-

bet. Itaque hoc quoque digamma scalptoris errori videtur deberi.

26. KATAIFEI *ibid.*; ex ead. stirpe unde profectae sunt formae cognatarum linguarum Lat. *aevum*, Sanscr. *êvas*, Got. *aivs*, v. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 388, 389; cf. AIFEI Phoc. I 2, αἰφεῖ Cypr. I 22.

### II. O loco digammi.

1. OIANΘEA in tab. Oeantheensi; e \*Φιάωνθεια natum videtur, cf. OIANΘEOΣ Corcyr. III 1.

### III. Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.

1. ΙΣΤΙΑΙ bis in tabula Hypocnemidica; e rad. *vas*, unde etiam Lat. *Vesta*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 400; cf. Φιστίω Arcad. I 5.
- (2. OI in tab. Oeantheensi, v. supra I 13).
- (3. [O]INIAΔΑΣ? in inscriptione Locrorum Epizephyriorum C. I. 5769, cf. III Add. et corr. p. 1252. In lapide ΘINIAΔΑΣ est incisum, quod fortasse nomen adhuc ignotum est).
4. ΔΑΜΙΟΠΓΟΙ in ansa aenea Oeanthae reperta, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 137 annot.<sup>2</sup>), *Revue archéol.* 1876 II p. 182. Scriptura fere eadem est atque in tabula Oeantheensi, v. I 1. Cf. formae stirpis φεργ quae digamma servatum exhibent: Arg. I 3. Hermion. I 1, Col. Ach. I 1, Boeot. I 30—34, El. I 11, Cypr. I 19, 20.
5. ΔΑΜΙΟΠΓΟΣ (δαμιωργούς?) in tabula Oeantheensi, v. supra I 1.
4. ΚΑΤΙΦΟΜΕΝΟΝ in tab. Hypocnemidica, v. supra I 3; ex stirpe φικ, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 137; cf. Lacon. IV 8, v. etiam pag. 19.
7. ΕΝΝΕ (έννε' ένδρας) in tab. Oeantheensi, v. supra I 1; cf. Heracl. III 49.
8. ΧΕΝΟΣ (ξένος) *ibid.* Cf. ΞΕΝΦΟΝ Cor. I 14, ΞΕΝΦΑΡΕΟΣ, ΗΠΟΞΕΝΦΟΣ Coreyr. I 7, 8.
- 9, 10. ΧΕΝΟΝ (ξένον), in tabula Oeantheensi atque item in Hypocnemidica.

11. XENIKA (ξενικά) in tab. Oeantheensi.
12. XENOΔΙΚΑΙ (ξενοδίκαί) ibid.
13. ΦΙΔΙΟΧΕΝΟ ibid., v. I 12.
14. ΠΡΟΧΕΝΟΝ (πρόξενον) ibid.
15. ΠΡΟΧΕΝΟ (πρόξένω) ibid.
16. ΠΡΟΧΕΝΕΟΙ (πρόξενέοι) ibid.
17. ΟΠΟΝΤΙ in tab. Hypocnemidica, ex \*Ὀπόφεντι; cf. ΣΤΟΝΟΦΕΣΑΝ Coreyr. I 11, ΤΙΜΑΦΕΣΑ Pamphyl. I 9.
18. ΟΠΟΝΤΙΟΝ (Ὀπωντίων) bis ibid.; quod altero loco legitur ΑΠΟΝΤΙΟΝ, errore pro ΑΗΟΠΟΝΤΙΟΝ est exaratum.
19. ΟΠΟΝΤΙΟΙΣ ibid.
20. ΟΠΟΝΤΙΟΥΣ ibid.
21. ΟΙΑΝΘΕΑ in tab. Oeantheensi, v. II 1; cf. Ἐδαλιέφες Κετιέφες Cypr. I 41, 42.
22. ΨΑΛΕΙΕΑ (Χαλιέα) ibid.
23. ΨΑΛΕΙΕΟΙΣ (Χαλ.) in tab. Hypocnemidica.

## B. Inscriptiones Phociorum.

### I. Digamma servatum.

1. FEX (φῆξ) in titulo qui Delphis in saxo vivo est incisus, *Wescher* et *Foucart*, *Inscriptions recueillies à Delphes*<sup>1)</sup> p. 304 (N:o 480); quem titulum saeculo 5 incunti attribuit *Wescher*; cf. formae aliarum dialectorum itidem digamma exhibentes, *Lacon.* I 4, *Heracl.* I 1—5, *Pamphyl.* I 1.
2. ΑΙΦΕΙ in titulo qui Crissae altari antiquo βουστροφτηδόν est inscriptus, *C.* I. 1; accuratius apud *Ulrichs*, *Reisen u. Forschungen in Griechenland* I 31, *Le Bas*, tab. XII F N:o III, *Kirchhoff*, *Philologus* VII p. 193. Scriptura saeculum 6 videtur indicare, v. *Kirchhoff*, *Alph.*<sup>3</sup> 134, 135. Cf. ΚΑΤΑΙΦΕΙ *Locr.* I 26, αἰφεῖ *Cypr.* I 22.
3. ΚΛΕΦΟΣ ibid.: ex stirpe κλο, Sanscr. *gru* (cf. *cravas* ≅ κλέφος) cet., *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 150, 151.  
In titulis igitur *Locrorum*, omissa incerta illa forma [F]OI (I 13) vicies quinquies scriptum reperitur digamma;

<sup>1)</sup> Paris 1863.

*quindecies* in initio vocum ad stirpes 8 pertinentium servatum est, *semel* voci additum, ad quam antiquitus non pertinuit, (FOTI I 24); in initio membri duplicatarum secundi *septies*, at in una stirpe *φοίχο*, exstat; in mediis denique stirpibus *semel* tantum est antiquitus servatum, *semel* (in NAFIIAKTION I 25) loco vocalis Y scriptum. Qui error nos docet non multum inter digammi et vocabulis U pronuntiationem interfuisse. Eodem facit etiam O quod in OIANΘEA e digammo natum esse videatur (II 1). — Contra *unum* tantum exemplum certum digammi in initio vocum neglecti in titulis antiquae scripturae exstat; in initio membri secundi verborum duplicatarum *ter* (in stirpibus 2), in mediis vocabulis *septiesdecies* (in stirpibus 2, terminationibus totidem) est omissum. Itaque satis frequentem saeculo 6 et 5 apud Locros fuisse hanc consonam videmus; quamquam collatis titulis ejusdem aetatis Corinthiis et Corcyraeis apparet eam jam non ea constantia fuisse servatam atque apud Corinthios eorumque colonos.

In titulis *Phocis* (vel accuratius Delphico et Crissaeo) perpauca sane exempla digammi reperimus, at ea ejusmodi, ut magnopere dolendum videatur, quod tam exigua exstant monumenta harum regionum dialecti vetusta. E formis enim AIFEI et ΚΑΕΦΟΣ, quarum altera, AIFEI, in ceterarum dialectorum inscriptionibus rarissime occurrit, altera, ΚΑΕΦΟΣ, unicum exemplum digammi in hac stirpe frequentissima servati praebet, probabiliter conjici potest hanc dialectum consonae illius fuisse tenacissimam. — Vestigium digammi fortasse existimandus est spiritus asper in ΚΑΘΙΔΙΑΝ quod in tit. recentioris scripturae Delphico legitur, *Wescher* et *Foucart*, Inscr. rec. à Delphes p. 19 (n:o 14); cf. *Megar.* pag. 43.

## INSCRIPTIONES INSULARUM THERAE ET MELI.

### A. Inscriptiones Theraeae.

*Digamma in titulis antiquae scripturae omissum:*

1. ΙΣΑΟΣ in inscr. sepulcrali, *Böckh*, Über die von Herrn v. Prokesch in Thera entdeckten Inschriften, Abh. d.

- Berl. Akad., Philos.-histor. Kl. 1836 p. 41 seq., n:o 13, *Franz*, Elem. epigr. Gr. n:o 13; quod nomen si recte sic legitur, ad stirpem *εισο* pertinet, cf. *Φισοκλέες*, *Φισοκλεΐς*, *Φισοκλία*, *εισοτέλιαν* *Bocot.* I 55—66, *ΦΙΣΟΔΑΜΙΟΡΓΟΝ*, *ΦΙΣΟΠΡΟΧΕΝΟΝ* *El.* I 15, 16. Verum prima littera cum a forma, quam in his titulis habet *I*, non mediocriter differat, minus certa est lectio. — Inscriptiones antiquae scripturae Theraeas saeculo 7 esse exaratas e litterarum formis demonstravit *Kirchhoff*, *Alph.*<sup>3</sup> 53.
2. *ΙΣΟΚ[Α]Η* . . . in ead. inscriptione.
  3. *ΟΡΘΟΚΑΗΣ* in alia ejusdemmodi inser., *Bocckh*, l. 1., *Franz* l. 1. 1 e; stirpem *ορθο* a digammo incepisse non certe constat; cf. *Βορθέα*, *Βορσέα* *Lacon.* 14—16, *ΒΟΡΘΑΓΟΡΑΣ* *Arg.* II 1.
  4. *ΠΕΚΞΑΝΟΡ* (*Πηξάνωρ*) l. 1. 1 a; ex stirpe *φαργ*, *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 531, 551, 554; cf. *Heracl.* III 16—18.
  5. *ΚΑΕΛΓΟΡΑΣ* *ibid.*; cf. *ΚΑΕΦΟΣ* *Phoc.* I 3.
  6. *ΕΡΑΣΙΚΑΗΣ* l. 1. 7.
  7. *ΙΑΤΡΟΚΑΗΣ* l. 1. 8.
  8. *ΟΡΘΟΚΑΗΣ* v. supra 3.
  9. *ΠΡΟΚΑΗΣ* l. 1. 1 a.
  10. *[ΑΡΙΣ]ΤΟΚΑΗΣ* l. 1. 9.
  11. . . . *ΥΚΑΕΟΣ* (?) l. 1. 5.
  12. *ΛΕΟΝΤΙΔΑΣ* l. 1. 1 d. De origine stirpis *λεοντ* ambigitur; alii enim viri docti Indo-europaeam eam existimant, alii e linguis Semiticis quae dicuntur mutuam perhibent. Mihi quidem illam sententiam imprimis probavit *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 369. Quae si vera est, e formis cognatarum linguarum, comparatis Homericis *λείουσι*, rectius *λόουσι* (*Brugman*, *Stud.* IV 165), atque *λίζ*, ubi *λ* vocalem correptam praecedentem producit, concludi potest stirpem antiquissimam fuisse *λεε*; cf. *Knös*, *De dig. Hom.* 287, 288.
  13. *ΠΕΡΙΑΑΣ* l. 1. 1 b; *ΛΑΣ* e *λαφος*; cf. *ΛΑΦΙΝΟΣ* *Col. Ach.* I 3, 4, *Λαυαγγίτα* *Lacon.* III 1.

14. ΠΡΑΚΣΙΑΑ in ejusdemmodi inscriptione, *Michailis*, Ann. dell' Inst. 1864 p. 259 seq., tav. d'agg. R 3; ΠΡΑΚΣΙΑΑ gen. sing. videtur nominis ΠΡΑΚΣΙΑΑΣ.

### B. Inscriptiones Meliae.

*Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.*

1. E[Υ]E[Ρ]ΓΕΤΑΣ in titulo saeculi 5, *Ross*, Inscr. Gr. ined. III p. 1 seq. n:o 230, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 57 (n:o 3), cf. p. 62; digamma stirpis ΕΕΡΥ servatum est in inscr. Arg. I 3, Hermion. I 1, Col. Ach. I 1, Bocot. I 30—34, El. I 11, Cypr. I 19, 20.
2. ΔΕΙΝΟ... in titulo ejusdem aetatis, Rangabé 2227, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 57 (n:o 5); quamvis mutilum sit hoc nomen, quin ex stirpe ΔΕΙ sit derivatum, non potest dubitari; cf. ΔΦΕΝΙΑ Cor. I 12.
3. ΔΙΟΣ in columna Naniana, C. I. 3; quod monumentum priore saeculi 6 parte confectum videtur, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 61; cf. ΔΙΦΙ Arg. I 9, ΔΙΦ65, ΔΙΦεΐθεμ.15 Cypr. I 23, 24.
4. ΑΓΑΘΟΚΑΕΟΣ in titulo saeculi, ut videtur, 6, *Ross*, Inscr. ined. III N:o 228, *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 56 N:o 3, cf. p. 61, 62.

Non possumus non mirari quod in *Theracis* praesertim titulis, quae antiquissima sunt sermonis Dorici monumenta, nullum digammi vestigium est servatum. Neque enim hoc mero casui potest attribui; nam e stirpibus, in quibus desideratur digamma, una certe, ΕΙΣΟ, in titulis ceterarum dialectorum antiquis consonam initialem ubique habet scriptam. Quae cum ita sint; *Kirchhoffium* puto recte esse suspicatum digamma saeculo 7, quo tempore apud ceteros Dores in frequenti usu erat, apud Theracos e sedibus suis plerisque evanuisse (Alph.<sup>3</sup> 49, 50).

E paucis illis vocabulis ad hanc quaestionem pertinentibus, quae in *Meliis* titulis exstant, hoc saltem apparet digamma saeculo 6 in mediis stirpibus nonnullis, quas in aliis dialectis hujus consonae tenaciores fuisse vidimus, esse extinctum.

## INSCRIPTIONES CRETENSES.

## I. Digamma servatum.

- 1—4. Φαξίων: 1—3) in nummis Vaxiencibus tribus, *Mionnet*, *Désér. de médailles antiques* II p. 263, Crète N:ris 41, 42, *Supplém. IV* p. 307 N:o 73; 4) in decreto Vaxiensium, C. I. 3050, quod ineunte saeculo a. Ch. n. 2 Tei in lapide incisum esse constat (v. C. I. 3045). \*Φάξος genuina est forma nominis quod apud scriptores est Ἄξος, apud Steph. Byz. et in Scyl. Per. Ὀάξος; v. Steph. Byz.: Ὀάξος τίνες δὲ διὰ τὸ κατὰ κρημον εἶναι τὸν τόπον καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιαύτους τόπους ἄξους, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀγμῶς. Unde apparet e rad. φαγ esse derivatum; cf. *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 530, 531, 560. In eod. titulo alia ejusdem nominis forma Φαυξίων quater occurrit, v. infra 5<sup>1</sup>).
5. Φαυξίων quater in eod. decreto quod semel Φαξίων habet, v. supra 4. Litteris αυ sonus vicina semivocali ϕ quodammodo temperatus videtur significari; cf. *Curtius* *Grundz.*<sup>4</sup> 560.
- 6, 7. FEAXAN in duobus nummis Phaestiorum, *Mionnet*, *Désér. II* p. 289 N:o 247 (cf. *Suppl. IV* pl. X fig. 2), atque *Supplém. IV* 331 N:o 226. Cf. Φελχάνος ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν Hesych.; nondum explicatum est hoc nomen.
8. FEAXANOS in nummo ejusdem oppidi, *Mionnet*, *Supplém. IV* p. 331 N:o 225.
9. Φικαδίονος in titulo recentioris scripturae, C. I. 2598. E substantivo numerali \*ϕικας = εἰκάς derivatum videtur hoc nomen, cf. Φικαδίω *Arcad. I* 4, de qua forma egit *Baumack*, *Schedae grammaticae* (*Stud. X* 57 seq.) pag. 129. Cf. ΦΙΚΑΤΙ *Lacon. I* 8, *Arg. I* 5, *ϕίκατι* *ect. Heracl. I* 13—20, *Boeot. I* 50—52.

<sup>1</sup>) In apographis quibus usus est *Boeckh* uno tantum loco Φαυξίων scriptum est, ceteris Σαξίων, Σαυξίων; verum cum digamma apud Vaxios formam I habuisse et ex illo loco, et e duobus ex nummis, quae supra sunt allata, appareat, facile intelligi potest transscribentes forma hac deceptos Σ posuisse. Cf. etiam Σολοῦντας, Σολοῦντας infra sub II 8.

10. ΑΠΟΦΕΠΑΘΘΟ (ἀποφειπάθθω) in titulo βουστρόφυδόν exarato Gortynio, *Thénon*, Revue Archéol., nouv. série VIII 441 seq., *Voretzsch*, Jahrb. f. Philol. IC (1869) 665 seq., *Savelsberg*, ibid. 679 seq.; saeculo 6 videtur exaratus, v. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 65. — Digamma stirpis quae est φεπ (Indo-eur. *vak*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 452) etiam in ΦΗΘΣ El. I 12, φέπιτjα Cypr. I 6, servatum est.
11. ΚΑΤΑΦΕΑΜΕΝΟΝ (καταφελμένων; *Helbig*, Quaestiones de dial. Cret.<sup>1</sup>): καταφελμένων) ibid.; e rad. φελ, cf. ἐγ-φελθόντωι Heracl. I 21, φιλαρχόντων Boeot. I 54.

## II. B digammi vicarium.

- 1, 2. Βαναξιβούλου in duobus titulis Lyttiis Trajano regnante exaratis, C. I. 2572, 2577; cf. FANAX (φάνάξ), FANAK-TOPIEΣ Lacon. I 1, 2, FANAΞΙΑΑΣ Arg. I 1, Φαναξ-άνδρω cet. Boeot. I 5—14, Φανακισία Arcad. I 1, φάναξ, φανάσσας Cypr. I 1—4, Εδρυβάνασσα cet. Lacon. II 18—20.
3. Βιδάταν, in foedere Lyttiorum et Oluntiorum saeculo a. Chr. n. 3 scripto, *Voretzsch*, De inscr. Cretensi qua continetur Lyttiorum et Boloentiorum foedus,<sup>2</sup>) atque accuratius idem, *Hermes* IV 266 seq. Βιδάταν epitheton est Jovis (Ἰγνα Βιδάταν), cf. Βιδατάω infra 4. De origine harum formarum dissentiunt viri docti: *Voretzsch* cas primum ad rad. *bidh* retulit (De inscr. Cr. p. 15), postea ad *vad* (unde ὠδωρ; v. *Hermes* IV 273) referendas esse censuit; *M. Schmidt*, Zeitschr. f. Vgl. Sprachf. XII 215, Βιδάτας idem esse putavit atque Ἰδότης (= Ἰδαῖος?); maxime autem probabilis videtur sententia *Helbigii*, qui Βιδάταν e rad. φιδ derivatum esse statuit, ita ut Ζεδυ Βιδάτας idem sit qui Παντόπητης, Ἐπόπητης (Quaest. De

<sup>1</sup>) Dissert. Acad. Lipsiensis, Numburgi 1869. Programma ejusdem viri docti, „De dial. Cret. quaestiones grammaticae“, Plaviae 1873, mihi non contigit inspicere.

<sup>2</sup>) Dissert. Acad. Halensis, 1862.

- dial. Cret. p. 9, 10); cf. Βεῖδιππος, βῆδος cet. Lacon. II 2—10; digamma scriptum exstat in *ἱστορες* Boeot. I 43.
4. Βιδάτῶ in foedere a Gortyniis et Hierapytniis cum Priansiiis facto, *Bergmann*, De inscr. Cretensi inedita, Berol. 1860; titulus eodem fere tempore exaratus videtur ac qui antecedit.
  5. Βινάτιν bis ibid. Ἰλιθία Βινάτια nomen acceperat ab oppido Priansiiis finitimo, quod apud scriptores Εἵνατος dicitur; cf. *Kleemann*, De universa Creticae dialecti indole, adjecta glossarum Creticarum collectione <sup>1)</sup> pag. 33. Ad quamnam stirpem pertineat non habemus compertum.
  6. Βονοβίου in tit. Lyttio qui regnante Trajano est inscriptus, C. I. 2576; ex stirpe Φονο, cf. ΦΟΙΝΙΑΔΑΙ Acarn. (v. Coreyr. I 1—3), Βονε . . . Lacon. II 13, [B]οῖνοπα infra 7; nomen Οἰνόβιος etiam apud Pausaniam, I 23, 9, occurrit.
  7. [B]οῖνοπα in pacto Latorum et Oluntiorum quod saeculo a. Chr. n. 3 factum videtur, C. I. 2554. Quod in apographis legebatur Ροῖνοπα *Boeckh* optimo jure in Βοῖνοπα correxisse videtur; nam quod *Ahrens*, Dial. II 48, huic emendationi opponit in Creticis titulis ante Romanorum dominationem scriptis digamma potius non expressum quam in Β mutatum esse, formis Βιδάταν, Βιδάτῶ, Βινάτιν, Βολόεντα, Βολοεντίος, v. 3—5, 8, 9 jam est refutatum.
  8. Βολόεντ[α], in foedere Lyttiorum et Oluntiorum saeculo a. Chr. n. 3 facto, *Voretzsch*, Hermes IV 276 seq. Βολόεις eadem urbs erat, quae apud scriptores atque etiam in nonnullis titulis Ὀλόεις dicitur, v. infra V 21 seq. Digamma autem ipsum in formis quae in cod. Matritensi 121 leguntur Σολοῦντας, Σολοῦντος (pro Ἰολοῦντας Ἰολοῦντος, v. supra I 1 annot. 1), latet; v. Anonymi Stadiasma maris magni 350, 351, in libro qui inscr. Geographi Graeci minores rec. C. Müllerus, vol. I<sup>2)</sup>. *Vo-*

<sup>1)</sup> Dissert. Acad. Halensis, 1872.

<sup>2)</sup> Parisiis, 1850.

*retzschio*, qui (De inscr. Cret. 5, Hermes IV 270), approbante *Curtio* (Grundz.<sup>4</sup> 362), hoc nomen ex stirpe  $\text{φαλ}$ ,  $\text{φαλ}$  (unde  $\text{Ἰλος}$ ,  $\text{Ἰλίς}$  sim.) esse derivatum suspicatus est, suffragari videtur nomen, quod ab incolis hujus regionis nunc usurpari docet *W. Vischer*, *Elunda* ( $\text{Ἐλουντα}$ ; Rh. Mus. X 394). Cf.  $\text{ΦΑΗ}$  Ion. A,  $\text{ΦΑΕΙΟΙ}$  Lacon. I 1,  $\text{ΦΑΕΙΟΙΣ}$  cet. El. I 1—10,  $\text{Φελατή}$ ,  $\text{Φελατήρ}$  Boeot. I 27, 28.

9.  $\text{Βολοεντίος}$  bis in alio pacto Lyttiorum Oluntiorumque, v. supra 3.
10.  $\text{Βορθίω}$  in pacto Apteraeorum cum Teis, quod saeculo a. Chr. n. 2 incipiente factum est, *Naber*, Zeven onuitgegeven Cretensische Inscripties, Mnemosyne I 121 N:o V. Cf.  $\text{Βορθία}$ ,  $\text{Βορσέα}$  Lacon. II 14—16,  $\text{ΒΟΡΘΑΓΟΡΑΣ}$  Arg. II 1.

### III. O quod e digamma exstitisse videtur.

- 1—3.  $\text{Ἰράτριον}$  in titulis saeculi 3 tribus: 1) in foedere Gortyniorum Hierapytniorumque cum Priansiis, v. II 4; 2) bis in foedere Hierapytniorum et Lyttiorum, *Naber*, Mnemos. I p. 86 seq.; 3) in tit. Hierapytniorum C. I. 2555, *Naber*, Mnemos. I p. 111 seq.  $\text{Ἰράτριον}$  cognomen est Jovis ( $\text{Ἰτῆνα}$ ,  $\text{Ζῆνα}$ ,  $\text{Ἰάνα Ἰράτριον}$ ), quod pro  $\text{Ἰράτριον}$  esse dictum probabiliter conjecit *Schweidewin*, Philol. IX 699; etenim hujusmodi mutationem a dialecto Cretica non fuisse alienam, nomine loci quod apud Strabonem est  $\text{Ἰλισσῆν}$ , apud Steph. Byz.  $\text{Ἰλισσῆς}$ , apud Eust.  $\text{Βλισσῆν}$ , confirmatur (cf. *Ahrens*, Dial. II 50, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 561, *Helbig*, Quaest. de dial. Cret. 13). Digamma stirpis  $\text{φερ}$  servatum est in formis  $\text{ΦΑΤΡΑ}$ ,  $\text{ΕΦΕΡΕΝ}$  El. I 17—19,  $\text{φερητάς}$ ,  $\text{ἔφερητάσατο}$ ,  $\text{ἐδφερητάσατο}$  Cypr. I 16—18.

### IV. Digamma neglectum in inscriptione recentioris scripturae, ubi in uno nomine $\text{Ἰάξίων}$ scriptum est.

1.  $\text{οἰκειό[τατος]}$ , in decreto Vaxiensi C. I. 3050 (v. supra I 4, 5). Digamma hujus stirpis in aliis dialectis crebro

- occurrit; cf. Arg. I 6—8, Locr. I 14—23, Col. Ach. I 2, Boeot. I 68—83, Cypr. I 11—15.
2. ἀεί bis ibid.; cf. ΑΙΦΕΙ Phoc. I 2, ΚΑΤΑΙΦΕΙ Locr. I 26, ἀίφει Cypr. I 22.
3. Διονόσφ bis ibid.; cf. ΔΙΦΙ Arg. I 9; Διφόος, Διφεϊθήμις Cypr. I 23, 24.
4. βασιλέως ibid.; cf. βασιλέφοος Cypr. I 36—40.

V. *Digamma neglectum in inscriptionibus, quae in nonnullis vocibus ejus loco B vel O habent.*

- 1, 2. ἑκαστος bis in tit. qui [B]ρόνοπα habet, C. I. 2554 (v. supra II 7); semel in tit. qui Ὀράτριον habet, v. supra III 2. Cf. FEΚΑΣΤΟΣ cet. Locr. I 4—7.
3. ἐκατέραι in eod. tit. atque 1; comparativus est ejusdem stirpis (σφε-κα), cujus superlativus est φέκαστος, Curtius, Grundz.<sup>4</sup> 460, Knös, De dig. Hom. 66 seq.
4. ἐκατέρῃ ibid.
5. ἐκατέροι bis in tit. qui Ὀράτριον habet, v. supra III 2, V 2.
6. ἑξαπλα in tit. qui [B]ρόνοπα habet, C. I. 2554 (v. II 7); cf. formae quae digamma servatum habent Lacon. I 4, Heracl. I 1—5, Phoc. I 1, Pamphyl. I 1.
7. ἐκών in tit. qui Ὀράτριον habet C. I. 2555 (v. III 3); cf. FEQONTAS Locr. I 8.
8. ἔργφ ibid.; cf. formae hujus stirpis digammo scriptae Arg. I 3, Hermion. I 1, Col. Ach. I 1, Boeot. I 30—34, El. I 11, Cypr. I 19, 20.
- 9—11. Εστίαν semel ibid., bis in alio titulo qui Ὀράτριον habet (v. III 2), semel in tit. qui [B]ρόνοπα habet (v. II 7); cf. Fιστίαν Arcad. I 5.
12. Ιστίαν bis in tit. qui Βυδατιάω, Βυνατίαν et Ὀράτριον habet (v. supra II 4, 5, III 1).
13. ἰδίαν ibid; cf. formae in quibus scriptum est digamma: Heracl. I 11, 12, Locr. I 12, Boeot. I 45—49.
- 14, 15. ἰδίῃ bis in tit. qui Ὀράτριον habet (v. III 2), semel in tit. qui Βορθίω habet (v. II 10).
16. ἰδίως, in tit. qui Ὀράτριον habet (v. III 2).

- 17—19. ἰσοπολιτεία in inscriptionibus tribus, quarum una Βιδάταν (v. II 3), altera [B]ρίνοπα (v. II 7), tertia Ὀράτριον continet (v. III 3); cf. ΦΙΣΟΔΑΜΗΟΡΓΟΝ, ΦΙΣΟΗΡΟ-  
XENON EL. I 15, 16, Φισοκλέεις, Φισοκλείς, Φισοκλία, Φισοτέλιαν Boeot. I 55—66.
20. ἰσοπολιτείαν in tit. qui [B]ρίνοπα habet (v. II 7).
21. Ὀλόγτα bis ibid.; cf. Βολόγτα cet. II 8, 9.
22. Ὀλόγτι ter ibid.
23. Ὀλόγτιος ibid.
24. Ὀλόγτιον bis ibid.
25. Ὀλόγτιοι ter ibid.
26. Ὀλοντίεις quinquies ibid.
27. Ὀλοντίων ter ibid.
28. Ὀλοντίως bis ibid.
29. ὄροι bis in titulo qui Βιδάτῳ, Βνατίαν, Ὀράτριον conti-  
net (v. II 4, 5, III 1). A digamma olim incepisse hanc stirpem e comparatione linguarum cognatarum apparet, v. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 350, 474. Cujus consonae vestigium in producta vocali ω (cf. Ion. ὄρος) inesse videtur.
30. ὠρεῖα in tit. qui [B]ρίνοπα continet (v. II 7).
31. κατ[ο]κόντας in tit. qui Βορθίῳ continet (v. II 10).
32. κατοικόντες in tit. qui Ὀράτριον habet, (v. III 3).
- (33. ἐπιδορθώσω ibid.; adjectivum unde derivatum est hoc  
verbum, ὀρθός, unquam digamma habuisse formis  
Βορθέα, Βορσέα Lacon. I 14—16, Βορθίῳ Cret. II 10  
non certe demonstratur).
34. αεί in tit. qui Βορθίῳ habet (v. II 10); cf. ΑΙΦΕΙ Phoc.  
I 2, ΚΑΤΑΙΦΕΙ Locr. I 26, αἰφεῖ Cypr. I 22.
35. βῳάν in tit. qui Βιδάτῳ, Βνατίαν, Ὀράτριον continet (v.  
II 4, 5, III 1); cf. ΒΟΦΑ Pamphyl. I 5.
36. Δός in tit. qui [B]ρίνοπα habet (v. II 7).
37. εἰράνα ibid. Hoc verbum si re vera, ut viris doctis vi-  
sum est, ad radicem φερ pertinet, potius ex \*ἐφεράνα  
vel \*ἐφράνα (vocali prothetica adjecta) quam e \*φεράνα  
exstitisse videtur; forma illa quidem Φεργάναν, quae  
apud Priscianum (I 22) in corruptissimo versu Ἄμεις δ'

- φερήναν τοδε γαρ θετο Μῶσα λίγεια legitur, quin describentium imperitiae debeat dubitari non potest (cf. *Giese*, Über den Aeol. Dial. p. 187, *Knös*, De dig. Hom. p. 90). Incipienti certe digammo loci homerici omnes repugnant (*Knös*, l. l. 90, 91). Omnino autem forma quam in plerisque dialectis habuit haec vox, ἱράνα, a vocibus, quas ex stirpe illa φερ derivatas esse constat, non mediocriter abhorret. Quam ob rem in medio relinquendum videtur utrum ad eam an ad aliam quandam stirpem pertineat. — Illius quidem stirpis digamma in his formis servatum est: FPATPA, EFEPEN El. I 17—19, φρητάς, ἐφρητάσατο, εδφρητάσατο Cyr. I 16—18; cf. Ὁράτριον Cret. III 1—3.
38. ἱράνας bis in tit. qui Βιδατάω, Βινατίαν, Ὁράτριον habet (v. II 4, 5, III 1).
39. ἰλέοι ibid; cf. ΗΙΑΕΦΟ[I] Lacon. I 12.
- 40, 41. ἰλέος in titulis qui Ὁράτριον habent duobus, in altero (v. III 2) bis, in altero (v. III 3) semel.
42. δένδρεα in inscr. quae Ὁράτριον continet (v. III 3); e \*δενδρεφα, rad. ὄρυ, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 237, 238.
43. εὐνοήσω ibid.; cf. ΗΟΛΥΝΟΦΑΣ Coreyr. I 9.
44. ξενικός in inscr. quae [B]ρόνοπα continet (v. II 7); cf. ΞΕΝΦΟΝ Cor. 14 cet.
45. ἄροι ter ibid.; cf. ΗΟΠΦΟΣ Coreyr. I 6.
- 46, 47. ρόν semel ibid., semel in tit. qui Βιδατάω, Βινατίαν, Ὁράτριον continet (v. II 4, 5, III 1); cf. ΡΗΟΦΑΙΣΙ Coreyr. I 10.
48. Ἄρκευθόντα in tit. qui [B]ρόνοπα continet (v. II 7); cf. ΣΤΟΝΟΦΕΣΑΝ Coreyr. I 11, ΤΙΜΑΦΕΣΑ Pamphyl. I 9.
49. Βολόντα[α] v. II 8.
50. Βολοεντίας v. II 9.
- 51—58. Ὀλόντα cet., v. supra 21—28.
59. Πιρνοέσσας in tit. qui [B]ρόνοπα habet (v. II 7).
60. Σπινόντα ibid.
61. Πιριανσιέας in tit. qui Βιδατάω, Βινατίαν, Ὁράτριον habet (v. II 4, 5, III 1); cf. Εδάλιέφες, Κετιέφες Cyr. I 41, 42.
62. Πιριανσιέων bis ibid.

Singulas fere civitates Cretenses jam inde a remotissima antiquitate dialecto peculiari esse usas, e testimoniis et antiquorum scriptorum et titulorum satis constat.<sup>1)</sup> Huc cum accedat quod inde a saeculo a. Chr. n. 3 in omnium fere civitatum inscriptionibus formis genuinis Doricis Atticae vel vulgares admixtae reperiuntur, facile intellexeris, quam non multa quamque incerta sint, quae de digammi usu Cretico concludi possunt. Neque enim quae ad universam dialectum pertineant ab eis quae singulae cujusdam regionis sermoni sint peculiaria distinguere, neque in plerisque inscriptionibus quidnam dialecto genuinae per saecula paullatim immutatae, quidnam irrepenti illi linguae vulgari sit attribuendum certe dijudicare possumus.

Ipsam digamma non solum in antiquo illo titulo Gortynio (v. I 10, 11), reperitur, sed etiam in titulo saeculi 3 Teio-Vaxiensi (v. I 4, 5), atque in alio tit. recentioris scripturae C. I. 2598 (v. I 9), in nummis deinde Phaestiis et Vaxiis qui itidem recentioribus litteris sunt inscripti (v. I 1—3, 6—8); eandem denique litteram etiam in libro infimae aetatis Matritensi 121 agnovimus, ubi  $\Sigma\lambda\omicron\delta\upsilon\nu\tau\alpha\varsigma$ ,  $\Sigma\lambda\omicron\delta\upsilon\nu\tau\omicron\varsigma$  librarii tantum errore pro  $F\omicron\lambda\omicron\delta\upsilon\nu\tau\alpha\varsigma$ ,  $F\omicron\lambda\omicron\delta\upsilon\nu\tau\omicron\varsigma$  scripta sunt (v. II 8). — Itaque in nonnullis certe Cretae regionibus etiam multo post receptam novam litteraturam in usu erat haec littera; unde ipsum sonum etiam tum fuisse pronuntiatum apparet. Accuratius in ejus usum inquirere nos vetat testimoniorum paucitas. — Crebrius autem quam ipsum  $\tau$  inde a 3 a. Chr. n. saeculo usque ad 2 p. Chr. n. ejus loco  $\beta$  invenitur scriptum (in titulis Lyttiis et Apteraco, eisque qui foedera continent Lyttiorum cum Oluntiiis, Gortyniorum cum Hierapytniis, Latorum cum Oluntiiis). Quae littera digammi vicaria in initio tantum eorum verborum, quae nomina sunt vel hominum vel deorum vel locorum, occurrit; e ceteris quas antiquitus habuerat digamma sedibus nullo signo relicto excidit. In vocabulis autem illis ipsum sonum digammi

<sup>1)</sup> Cf. hac de re: *Kleemann*, De univ. Creticae dialecti indole, p. 2—10, *Helbig*, Quaestiones de dial. Cret. p. 1.

non in B abiisse cum ceteroquin e causis quas supra de  $\beta$  digammi vicario apud Lacones disserens exposui (pag. 19 seq.) verisimile videtur, tum forma Ὁράτριον (v. III), quam e \*Γράτριον exstitisse probabiliter conjecerunt viri docti, confirmatur. Recte igitur *Helbig*, Quaest. de dial. Cret. p. 12 hanc digammi in  $\beta$  mutationem sic explicavit: „exeunte saeculo a. Chr. n. tertio . . . digamma apud Cretas obsolevisse eis autem vocibus, quae sonum ejus paullo longius retinebant,  $\beta$  consona, cujus sonum eodem tempore digamma fere acquasse veri simillimum est, addita esse videtur“ Quamquam neque in titulis ejusdem aetatis constat usus litterae illius  $\beta$  in nomine Βολόεντα et Ὀλόοντα cet. (cf. II 8, 9, V 21—28), neque demonstratum est digammi sonum in vocabulis eis omnibus in quibus nulla littera est expressum, obmutuisse. Quem nodum quominus expediamus lubrica illa quam nuper descripsimus ratione dialecti Creticae universae impedimur. Attamen nescio an hoc veri simile videatur, sonum digammi etiamtum in ore plebis non solum in nominibus illis sed etiam in aliis nonnullis vocabulis fuisse auditum.

## INSCRIPTIONES DORICAE MERCENARIORUM PSAMMETICHI.

*Digamma neglectum.*

1. ΒΑΣΙΑΕΟΣ C. I. 5126, *Kirchhoff* Alph.<sup>3</sup> 35 N:o 1; cf. βασιλέφος Cyp. I 36—40.
2. ΕΗΑΕΟΝ *ibid.*; ex \*επλεσον, rad. πλυ, v. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 279, 280.
3. ΘΕΟΚΑΟΣ (Θεοκλῶς, gen. sing.) *ibid.*; cf. ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3.

Inter inscriptiones quas milites mercenarii Graeci saeculo 7 exeunte vel proximo ineunte (*Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 40—42) apud locum Abu Simbel in finibus Aethiopiae in colossorum antiquorum crura inciderunt, tres certe Doricam exhibent dialectum (1, 6, 9 apud *Kirchhoffium*). Ac cum alia inscriptio (*ibid.* 3) cujus pauca vocabula nullam cujusquam dialecti

proprietalem ostendunt a Telepho Ialysio sit exarata, inde veri simile fit inscriptiones Dorica dialecto confectas linguae Rhodiorum esse monumenta. — Quacnam autem fuerit in horum sermone ratio digammi, ex exiguis his reliquiis non apparet. Hoc solum inde videmus, voces illas quae in omnibus fere dialectis jam ante inscriptionum memoriam hanc consonam ex interiore parte sua amiserunt, apud Rhodios (vel cujuscujus gentis erant illi milites) jam prisca illa antiquitate ea fuisse imminutas.

## INSCRIPTIONES PAMPHYLIAE.

### I. Digamma servatum.

1. FEΞ in tit. Sylleio, C. I. 4342 c<sup>2</sup>, accuratius apud *Hirschfeld*, Monatsber. d. Berl. akad. d. Wiss. 1874 p. 726; *Le Bas*, III 1377; non admodum antiquum eum perhibet *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 46. Cf. FEXE (φεζήχοντα) Lacon. I 4, FEX (φεξ) Phoc. I 1, φέξ cet. Heracl. I 1—5.
2. FET[I]IA (φετία, cf. *Siegismund*, Epigraphisch-Grammatisches, Stud. IX, p. 93, 94; v. etiam ΕΣΤΦΕΔΗΥΣ infra 7), ibid.; cf. exempla digammi in hac stirpe servati Lacon. I 5—7, Heracl. I 6—10, Loer. I 10, 11, Boeot. I 36—39, El. I 14, Cypr. I 7, 8.
3. FEXETO (φεχέτω) ibid.; haec forma non ad verbum ἔχω, cujus stirps est σεχ (v. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 193), sed ad stirpem φεχ (= Sanscr. *valh*) pertinet, unde derivata sunt ὀχέομαι, ὄχος, Lat. *veho* cet., *Curtius*, l. l. 192; eodem pertinere videtur nomen quod est FEXIAS (= Φεξίας) Boeot. I 29.
4. KATEFEPΞOΔY (κατεφερέξου = κατεφερέξοντο) ibid.; quae forma si recte se habet, potius (sequuntur enim KAI KAΘEΔY = καὶ καθέντο) ad stirpem φεργ quae *arcere* (*Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 180 N:o 142) quam ad eam quae *facere* significat (*Curtius*, l. l. N:o 141) referenda videtur. Cf. κατεφόρον Cypr. I 21; v. etiam Heracl. II 7—9.

5. BOFA ibid; quae vox si recte sic legitur, haec conferantur: βόφα: βoδv = vḡα : vaδv. — Verum cum e proximis tituli partibus nihil omnino, quod sensum habeat, elici possit, non satis constare videtur litteras ita esse distinguendas ut vocem illam efficiant.
6. OPOFY ibid. Ne hujus quidem vocis significatio explorata est; collatis autem formis ἐρῆβινθος, ὄροβος, Lat. *eruum*, Teut. vet. *araweiz* nescio an in OPOFY (= ὄρο-*σου*) antiqua et genuina lateat forma vocis ὄροβος; cf. *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 346.
7. ΕΣΤΦΕΔΙΥΣ (Ἐστφεδιυς = Ἀσπένδιος; cf. *Siegismund*, Epigr.-Grammatisches, Stud. IX, 93, 94) in frequentibus nummis Aspendi oppidi, *Friedländer*, Zeitschr. f. Numismatik IV (Berl. 1877) p. 297 seq., tab. VIII.
8. ΕΣΤΦΕΔΙΥΣ, forma in ejusdem generis nummis minus frequentata.
9. ΤΙΜΑΦΕΣΑ in titulo Sylleio (v. 1—6); ς ad suffixum ςε(v)τ pertinet, cf. Sanscr. *vant*; v. ΣΤΟΝΟΦΕΣΑΝ Corcyr. I 11.

## II. Voces in quibus digammi loco Γ legitur.

1. ΑΓΦΘΑΑ in tit. Sylleio (v. I 1—6, 9) idem videtur esse atque \*ἄψεθλα, unde vulgares formae ἄεθλα ἄθλα existerunt; ad stirpem enim ψεθ (cf. Lat. *vas*, Got. *vadi*) pertinent; *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 249, 565.
2. Νεγoπόλεις in tit. Aspendio, qui vix saeculo a Chr. n. 2 est superior, *Hirschfeld*, Monatsber. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1875 p. 123 N:o 2; *Siegismund*, Epigraphisch-Grammatisches (Stud. IX) p. 91 n:o 2; ex stirpe νεφο, Indo-eur. *nava*, *Curtius* Grundz.<sup>4</sup> 315, 316; v. *Siegismund* l. 1. 96. Cf. νεφοστάτας Cypr. I 32.
3. [Nε]γ[ό]πολις ibid.

## III. Vox, ubi digammi loco Φ legitur:

- 1, 2. Φίκατι in duobus titulis Aspendiis, altero eodem qui Νεγoπόλεις, Νεγoπόλις (II 2, 3) continet, altero ejusdem aetatis apud *Hirschfeld*, Monatsber. d. Berl. Akad. d. Wiss.

1875 p. 123 N:o 1, *Siegismund*, Epigr.-Gramm. (Stud. IX) p. 91 N:o 1. Utroque loco cum  $\mu\alpha\tilde{\nu}\varsigma$   $\varphi\acute{\iota}\alpha\tau\iota$  exstet, dubitari non potest quin  $\varphi\acute{\iota}\alpha\tau\iota$  pro  $\varepsilon\acute{\iota}\alpha\tau\iota$  sit scriptum.

*IV. Digamma omissum in titulo ubi in nonnullis vocibus litteris Γ et Φ redditur:*

- 1, 2.  $\Delta\alpha\mu\iota\omicron\rho\gamma\acute{\iota}\sigma\omega\sigma\alpha$  in titulis Aspendiis duobus, quorum alter  $\text{Νεγρόπολις}$ ,  $\text{Νεγροπόλεις}$ , uterque  $\varphi\acute{\iota}\alpha\tau\iota$  continet, v. II 2, 3, III 1, 2. Cf.  $\text{FEPFON}$  Arg. I 3, Col. Ach. I 1,  $\text{EFEPFASATO}$  Hermion. I 1;  $\text{Fεργαένετος}$  cet. Bocot. I 30—34,  $\text{FAPFON}$  El. I 11,  $\text{εφρεζε}$  cet. Cypr. 1 19, 20.

Qui Pamphyliorum sermonis reliquias nuper tractaverunt vel attigerunt viri docti cum e Dorica dialecto esse derivatum sine dubitatione pronuntiaverunt (cf. *Siegismund*, Epigr.-Gramm., Stud. IX 89, *Cauer*, Delectus Inscriptionum p. 93). At nescio equidem an  $\omicron$  ( $\omega$ ) in terminationibus in  $\upsilon$  mutatum,  $\tau$  in una certe voce ante  $\iota$  in  $\sigma$  emollitum (velut ex. gr. in  $\text{KATEFEPΞOΔY}$ ,  $\text{OPOFY}$ ,  $\text{ECTFEDHYS}$ ,  $\text{Κουρασίωνος}$ ,  $\alpha\rho\gamma\acute{\omicron}\rho\upsilon$ ;  $\lambda\alpha\varphi\omicron\rho\delta\iota\sigma\acute{\iota}\omega$ ) magis Aeolicarum quam Doricarum dialectorum indolem oleant. Quid quod non solum Argivi et Rhodii, sed etiam Cymaei Aeolici colonias in Pamphylia deduxisse feruntur? <sup>1)</sup> Quae cum ita sint veri simile videtur dialectum, cujus reliquiae in inscriptionibus exstant, ex oppidorum Aeolicorum et Doricorum linguis quodammodo mixtis esse natam.

In titulo antiqua scriptura conscripto Sylleio, monumento multis locis male attrito, atque etiam ceteris tam obscuro ut ne litterarum quidem omnium interpretatio, nedum sententiarum explicatio viris doctis successerit, digamma sedibus suis antiquis quam tenacissime servatum videtur. Neque enim, quantum adhuc judicari potest, in mediis vocabulis minus crebro scriptum est, quam in initio; amissi autem digammi ne unum quidem exemplum certum reperi. At in vocabulo quod est  $\text{AΠΕΘΑΑ}$ , si supra recte est expli-

<sup>1)</sup> Strabo XIV 667 Cas., Arrianus Anab. I 26.

catum (v. II 1) pro eo Γ est scriptum. Quae littera cum in hac inscriptione figuram habeat inversam, vix litterarum F et Γ similitudine decipi potuisse quadratarium existimaverim. Incertius sane testimonium praebet haec forma, quam ex quo, nisi alia accederent indicia, concludere liceret, apud Pamphylios hic illic sonum V in G abisse. Eodem autem faciunt etiam formae tituli recentioris Νεγρόλαις, Νεγρόλαις (II 2, 3). In hujus sane aetatis inscriptionibus γ jam formam vulgarem Γ habet, quam tempore posteriore a scriptoribus vel excerptoribus imperitis litterae F loco scribi potuisse ex Hesychianis imprimis glossis satis cognitum est. Verum et in hoc ipso titulo et in alio ejusdem aetatis digamma vocis φαται littera φ est expressum (v. III 1, 2); cujus sonus cum aetate illa ad digamma certe propius accederet quam G, veri simile videtur in hac voce sonum labialem antiquum esse servatum vel, ut apud mixobarbaros, paulo induratum, in illis autem formis Νεγρόλαις, Νεγρόλαις re vera in G immutatum. Qui transitus qua via in aliis linguis, imprimis Romanicis quae dicuntur, fieri soleat inter omnes constat. In ceteris sane linguae Graecae dialectis ab eis, qui in hanc rem inquisiverunt, ne unum quidem certum exemplum adhuc est repertum. At nescio an ex eis quae protulerunt imprimis *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 584—587, et *Deffner*, Neograeca (Stud. IV) 243, verisimile fiat ne a Graeca quidem lingua prorsus alienam fuisse hanc immutationem.<sup>1)</sup> — E forma denique δαμωργίσωσα apparet digamma apud Pam-

<sup>1)</sup> Minus probabilia sunt quae *Giese*, Über den Aeol. Dial. 293 seq. disputavit. — Nihili denique omnino auctoritatem aestimo formarum γουάναξ, γουέλενα (Γουελένα), γούρηξίς, quas tamquam exempla litterae Γ apud Aeoles, Iones, Dores adjectae grammaticus quidam in libro Ηζθη τῶν λέξεων inscripto (cod. Par. 2594, apud *Bekkerum*, Anecd. Gr. 1168) affert. Nam cum in Tryphonis libro illo Ηζθη λέξεων (Mus. crit. Cantabr. P. I p. 34) eadem verba afferuntur, sed ita ut Φάναξ, Φελένα, Φρηξίς sint scripta, dubitari non potest quin mirum illud γου errori alicui debeatur, eaque, quae de Γ sunt dicta, ad F sint referenda. (Libros quos attuli inspicere mihi non contigit, quam ob rem locos secundum *L. Dindorfium* in Thesouro Stephani attuli).

phylios, quo tempore in aliis vocibus vel servatum vel in  $\varphi$  mutatum erat, in aliis in  $\gamma$  abierat, in nonnullis etiam prorsus evanuisse.

## INSCRIPTIONES COLONIARUM ACHAICARUM.

### I. Digamma servatum.

1. FEPTON ( $\varphi\acute{\epsilon}\rho\gamma\omega\nu$ ) in securi aenea Junoni dedicata, quae prope St. Agatam in Bruttio (hodierna Calabria) est reperta, *Minervini*, Bull. archeol. Napolitano, nuova serie I (1852) p. 137, tab. V fig. 2, *Dittenberger*, Hermes XIII 391 seq.; scriptura non est recentior saeculo 6, *Kirchhoff* Alph.<sup>3</sup> 155. Cf. FEPTON ( $\varphi\acute{\epsilon}\rho\gamma\omega\nu$ ) Arg. I 3, EFEPΓΑΣΑΤΟ Hermion. I 1,  $\varphi\epsilon\rho\gamma\alpha\acute{\epsilon}\nu\epsilon\tau\omicron\varsigma$  cet. Boeot. I 30—34, FAPTON El. I 11,  $\xi\varphi\rho\epsilon\zeta\epsilon$  cet. Cypr. I 19, 20.
2. FOIKIAN in tessera aenea prope Petiliam (Policastro hodiernum) reperta quae eodem fere tempore inscripta videtur, C. I. 4; cf. *Kirchhoff*, Alph.<sup>3</sup> 154 seq. — Alia digammi in hoc stirpe servati exempla v. Arg. I 6—8, Locr. I 14—23, Boeot. I 68—83, Cypr. I 11—15.
- 3, 4. ΛΑΦΙ[ΝΟΣ?], ΛΑΦ[Ι]ΝΟ[Σ] in nummis Lai oppidi vetustissimis, *Friedländer*, Berliner Blätter für Münzkunde II p. 7. Hoc nomen ad eandem stirpem  $\lambda\alpha\varphi\omicron$  videtur pertinere ac  $\lambda\alpha\acute{\omicron}\varsigma$  (= populus), *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 364. Cf.  $\Lambda\alpha\nu\alpha\gamma\acute{\iota}\tau\alpha$  Lacon. III 1, ac  $\Lambda\alpha\varphi\omicron\lambda\acute{\omicron}\beta\omega\nu$  quod in vetusto monumento inscriptum fuisse testis est Priscianus, I 22, VI 69.

### II. Digamma omissum.

1. XENAG. . . ( $\Xi\epsilon\nu\alpha\gamma\acute{\omicron}\rho\alpha\varsigma$ ) in galea prope Paestum reperta, C. I. 5778 b; litteratura antiqua est, etsi ea recentior, quam tit. quos supra attuli exhibent; cf.  $\Xi\epsilon\nu\varphi\omicron\text{N}$  Cor. I 14,  $\Xi\epsilon\nu\varphi\omicron\text{A}\varphi\epsilon\omicron\text{S}$ ,  $\Pi\varphi\omicron\Xi\epsilon\nu\varphi\omicron\text{S}$  Coreyr. I 7, 8.
2.  $\Pi\varphi\omicron\text{X}\epsilon\nu\omicron\text{I}$  ( $\pi\varphi\acute{\omicron}\xi\epsilon\nu\omicron\iota$ ) in tessera Petiliensi, v. I 2.
3.  $\Delta\alpha\mu\iota\omicron\varphi\omicron\text{S}$  *ibid.*; cf. FEPTON I 1.

Quanam dialecto usi sint Achaei colonias in Magna Graecia habitantes nec ex aliis testimoniis certe habemus comperitum, nec ex inscriptionibus ibi repertis edocemur; neque enim in his quidquam invenitur quod non aequè bene ad Doricam atque ad Aeolicam dialectum possit referri. Verum cum Strabo VIII 333 (Cas.) Achaeos Peloponnesios non solum in Aeolicarum gentium numero referat, sed etiam antiquitus Aeolice locutos esse significet <sup>1)</sup>, dialectus urbium quas e Peloponneso pulsati in Lucania Bruttiiisque condiderunt Aeolica est habenda. — De digammi ratione ex tam exiguo numero exemplorum nihil aliud statuere possumus, quam in usu satis frequenti fuisse hanc consonam.

## INSCRIPTIONES DIALECTO AEOLUM ASIANORUM CONSCRIPTAE.

### A. Epigrammata saec. p. Chr. n. 2 Thebis in Memnonis statua Lesbiaca dialecto scripta.

1. ς[ε] in epigrammate Balbillae C. I. 4725; dubitari vix potest quin quod traditum est Γ, errore aut sculptoris aut exseribentium pro digammo sit substitutum.
2. [ς]οι ibid.; hic quoque Γ traditum est.
3. [ς]οι in alio epigr. C. I. 4729; quod traditum est τοι defendi non potest.

### II. Digamma inter vocales in Υ immutatam.

1. εϋίδε C. I. 4725 (v. I 1, 2); ex \*εϋίδε, rad. ςιδ, cf. αιδίδε του άφανούς Hesych.; digamma servatum exstat in forma ςίστορες Boeot. I 43; littera Β expressum in Βεΐδιππος, βίδεος sim. Lacon. I 2—10, Βιδάταν, Βιδατάω Cret. II 3, 4.

1) — — οί μεν οϋν Ήωνες εξέπεσον πάλιν ταχέως υπό Αρχαίων, Αιολικού Έθνους, ελειφθη δέ έν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο Έθνη, τό τε Αιολικόν καί τό Δωρικόν. "Όσοι μέν οϋν ἤρσον τοῖς Δωριεϋσιν επεπλέκοντο, καθάπερ συνέβη τοῖς Αρχαίοι καί τοῖς Ήλείοις — οϋτοι Αιολιστί διελέχθησαν οί δ' ἄλλοι μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οί μέν μάλλον, οί δ' ἤρσον Αιολίζοντες.

2. αῶ[ω]ς in alio ejusdemmodi epigrammate C. I. 4731; ex antiquissima hujus vocis forma \*αῶσῶς (rad. *us*, cf. Lat. *aurora*) primum \*ἀσῶς esse factum, e formis ἤως, ἀώς, ξως, glossaque Hesychiana ἀβῶ πρῶτ' Λάκωνες inter se comparatis apparet; v. *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 402, *Brugman*, *De Gr. linguae productione suppletoria* (*Stud.* IV) p. 144.

### III. Digamma omissum.

1. ἄχον C. I. 4725 (v. I 1, 2, II 1); a consona olim ince-  
pisse stirpem αχ e reduplicata forma ἰάχω (\*στράχω)  
concludi potest; quam consonam digamma fuisse ex  
Homericō ἀνιάχοι apparet; eodem facit brevium voca-  
lium ante formas verbi illius (\*στράχω) productio apud  
Homerum; cf. *Knös*, *De dig. Hom.* 59 seq., *Savelsberg*,  
*De dig.* 24, *Hartel*, *Homerische Studien I* (*Sitzungs-  
ber. d. Wiener Akad. d. Wiss., Philos.-hist. Cl.* Vol.  
68) p. 400, III (*Sitzungsber.* Vol. 78) 34 seq.
2. εἴκοσι in Balbillae epigrammate C. I. 4727; cf. FIKATI  
sim. Lacon. I 8, Heracl. I 13—20, Arg. I 5, Boeot. I  
50—52.
3. εἰκόστω ibid.
4. ἔδριες C. I. 4731 (v. II 2); ex stirpe στῆδ, *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup>  
241; cf. εὔθηε supra II 1.
5. ἐσῶων C. I. 4725 (v. I 1), in eod. titulo ubi εὔθηε legitur,  
v. II 1.
6. οἴσι ibid.; cf. στῆ, στῆσι in eod. titulo (v. I 1, 2).
7. ἀελίω ibid.; hanc vocem ex eadem stirpe unde αῶως de-  
rivatam esse, e glossis Hesychianis ἀβέλιον ἦλιον Κρη-  
τες et ἀβελίην ἡλιαχόν Παμφύλιοι apparet. Antiqua igi-  
tur forma fuerat \*ἀσελιος, unde in Lesbiaca inscriptio-  
ne, collato illo αῶως, expectandum erat \*αῶελίω.
8. ἀλίω ibid.!
9. ἄλιος in Balbillae epigr. C. I. 4727 (v. supra 2).
10. Δίος C. I. 4731 (v. II 2, III 4); cf. ΔIFI Arg. I 9, Δι-  
σός, Διφεΐθεις Cypr. I 23, 24.
11. βασιλήϊδι C. I. 4727 (v. supra 2); cf. βασιλέσος Cypr. I  
36—40.

12. βασιλίδος in epigr. Balbillae C. I. 4730.
13. παμβασιλίχα C. I. 4725 (v. I, 1).

### B. Exempla ex aliis titulis Aeolum Asianorum excerpta<sup>1)</sup>.

#### I. Digamma inter vocales in Y mutatum:

1. δεύει in tit. Eresiorum C. I. 2166 b, quem postea una cum ceteris inscriptionibus in eodem lapide exaratis ediderunt *Conze*, Reise auf der insel Lesbos p. 35 seq. tab. XII, *Sauppe* Commentatio de duabus inscriptionibus Lesbiacis, Gottingae 1871; quos libros cum mihi haec tractanti non contigit inspicere, titulos hosce e *Caueri* Delectu inscriptionum attuli, ubi titulus, qui hanc formam continet, est N:o 123 B; scripti sunt tituli hujus lapidis circa annum a. Chr. n. 324. — Ex hac forma apparet verbum impersonale δεῖ antiquitus re vera digamma fuisse instructum (v. Heracl. I 43).
2. δε[ύ]ε[ι] in ea parte ejusdem lapidis, quam littera A designaverunt editores, v. *Cauer*, Del. inscr. 123 A. Tradita scriptura est . . . ΔΕΥΕΓΑΥΤΩΝΑΠΙΘΑΝΗΝ; quam collato loco simillimo in titulo C. I. 2166 b (v. supra 1): τίνα [τρ]ύπον δεύει ἀδτον [ἀπ]ο[θ]άνην, certissima conjectura emendavit *Wald*, Additamenta ad dialectum et Lesbiorum et Thessalorum cognoscendam<sup>2)</sup> p. 10.
3. δεσομένους in tit. prope Mytilenas reperto, quem Augusti temporibus inferiorem censuit *Bocckh*, C. I. 2189.
4. ἐνδεύη in decreto Mytilenaeorum Alexandri aetate confecto, C. I. 2166.

<sup>1)</sup> Quo tempore hujus disquisitionis materiem in bibliothecis Germaniae congressi, inscriptiones Aeolum Asianorum, quippe quae scriptura recentiore essent exaratae neque digamma servatum haberent, omittendas putavi. Observavi sane postea, quoniam in his inscriptionibus si non ipsum digamma at certe Y inde natum exstat, earum quoque mihi fuisse habendam rationem. Tum autem mihi jam non contigit majorem copiam earum inspicere. Atque imprimis equidem doleo, quod haec scribenti mihi non fuit in promptu *Conzei* liber qui inscr. Reise auf der insel Lesbos, Hannover 1865.

<sup>2)</sup> Dissert. Berolinensis, anni 1871.

5. *ναύοις* *ibid.*; hanc vocem aliquando digamma habuisse e formis *ναός*, *νηός*, *νεός*, *ναός* inter se comparatis plane apparet. Antiquissimam autem formam fuisse \**νασφος* (rad. *nas*) satis probabiliter coniecisse videtur *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 315.
6. *ναῶν* in tit. Cymaeo Augusti aetate conscripto, C. I. 3524.

*II. Voces in quibus F (vel Y) inter vocales omissum est.*

1. *ἄει* in inscriptione Lesbia Deli reperta, quae saeculo 3 vel 2 a. Chr. exarata videtur, C. I. 2265 b. Cf. AIFEI Phoc. I 2, KATAIFEI Locr. I 26, *αἰφεῖ* Cypr. I 22.
2. *ἄ* bis in tit. Nesiotarum Pordoselenaeorum, cuius initium habet *Bocckh*, C. I. 2166<sup>c</sup>; omnia quae in lapide exstant edidit G. Earinus, *Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐδαγγελικῆς σχολῆς, περίοδ. δευτ. ἔτος πρώτον*<sup>1)</sup> p. 128 seq. quem secutus est *Cauer*, *Del. inscr.* 121 Inter annum 319 et 317 a. Chr. n. facta est inscriptio.
3. *Ἄλιον* in tit. Eresiorum, *Cauer*, *Del. inscr.* 123 C (v. supra B I 1); cf. *ἀελίω* supra A III 7.
4. [δ]εῖ in eodem lapide, *Cauer*, *Del. inscr.* 123 D. Cf. *δεεῖ* quod in duobus ex titulis eodem fere tempore in eundem lapidem incisis exstat, v. supra B I 1, 2.
5. *σιτοδείαν* in titulo Pordoselenaeorum, v. supra 2.
6. *Δία* in tit. Eresiorum, *Cauer*, *Del. inscr.* 123 C (v. supra II 3).
7. *Δίως* in Eresiorum tit. *Cauer*, l. l. A (v. supra B I 2).
8. *Διδόστον* bis in tit. Aeolica dialecto conscripto qui Erythris est repertus, *Kemmer*, *Ber. der Wiener Akad. d. Wiss., Philos.-hist. Cl. vol. 71 (1872) p. 335 seq.* Saeculo a. Chr. n. 2 exaratus videtur, cf. *Kemmer*, l. l. 345.
9. *Διδότω* *ibid.*
10. *Διονυσίους* *ibid.*
11. *Διονυσίσι* sexies *ibid.*
12. *Διονυσίω* in tit. tempore Romanorum dominationis scripto, qui prope Mytilenas est repertus, C. I 2197 f.

<sup>1)</sup> *Ἐν Σμύρνῃ* 1876.

13. Διονοσο[δ]ώ[ρω] in tit. Lesbio C. I. 2265 b, (v. supra 1).
14. Ζοννόσω (sic *Boeckh*; *Conze* Ζοννόσω) in tit. Mytilenaeo C. I. 2167; apud *Conzeum*, qui in libro *Reise auf d. Insel Lesbos*, tab. IX 1 hunc titulum denuo descripsit hoc loco Ζοννόσω legi, altero (v. infra 15) consonam esse detritam, e libro *Waldii*, *Additamenta* cet. p. 11 annot. 7 video.
15. Ζον[ό]ξω (sic *Boeckh*; e *Conzei* apographo apparet consonam (ξ vel σ) esse detritam), *ibid.*
16. εἰράνας in titulo incertae aetatis Cymaeo C. I. 3523. Cf. quae de originatione hujus vocis supra exposui, *Cret.* V 37.
17. ἐκλάσ[ε] in titulo Eresio, *Cauer*, *Del. inscr.* 123 B (v. supra I 1, cet.); e rad. Indo-eur. *sku*, Gr. κλασ; cf. Lat. *clavis*, Gr. κλωβός, *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 149, 572.
18. ἐξεκλάισε in tit. Eresio, *Cauer* l. l. 123 A. (v. supra I 2).
19. ἐπισκεάσαντα in tit. Cymaeo C. I. 3524 (v. supra I 6). Hoc verbum e rad. *sku* est derivatum, *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 168. In formis amplificatis (σκευ...) υ in ceteris dialectis plerumque servatum est; formae vero quales ἐπισκεάσαντα ac quae in tit. Coreyraeo exstant ἐπισκεάζειν, σκεοθήγας (C. I. 1838) ostendunt hic illic in hac quoque stirpe, sicut in πλο, ρυ aliisque similibus, Υ inter alias vocales positum primum in F abiisse, hoc autem postea evanuisse. Quae mutatio mirum in modum a consuetudine dialecti Aeolum Asianorum propria abhorret; cf. B I. Quid quod in tit. Pordoselenaeorum qui saeculo a Chr. n. 4 est scriptus (v. II 2, 5) παρεσκεόασσε exstat?
- 20—22. εδάκω in tribus titulis Mytilenaeis, C. I. 2172, 2173, 2174, ex quibus certe 2174 imperatorum Romanorum tempore est exaratus; εδάκω ex stirpe κοσ derivatum est, *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 151, 555; cf. supra Lacon. IV 5.
- 23—27. εδνοίās in quinque titulis: 1) in Pordoselenaeorum, *Cauer*, *Del. inscr.* 121 (v. supra 2); 2) in Methymnaeo, aetatis, ut videtur, Romanae, C. I. 2168 b; 3) in Mytilenaeo aetatis Romanae C. I. 2183 A; 4) bis

- in tit. saeculi a Chr. n. 3 Lampsaci reperto, C. I. 3640; 5) bis denique in titulo Erythris reperto, *Kenner* Ber. d. Wiener Akad., Phil.-hist. Cl. 71, p. 335 seq. (v. supra 8); cf. ΗΟΑΥΝΟΦΑΣ Coreyr. I 9.
28. εὐνόα in tit. Erythris reperto, *Kenner*, l. l. (v. supra 8 cet.).
29. πρόνοιαν ibid.
30. προνόηνται ibid.
31. εὐνόαν in tit. Cymaeo C. I. 3524 (v. supra I 6, II 19).
32. εὐνόας ibid.
- 125—127. Πολυκλεῖος in tribus titulis: 1) in Orchomenio C. I. 1569 a (ter; v. I 20, 27, 28, 36, 50); 2) in Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήναιον I 490 seq. N:o I (v. supra I 9,

- 12); 3) in alio Copensi, *Cumanudes*, l. l. N:o VIII (v. I 34).
128. Πολυκλῖδας in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o II (v. I 13, 15, 19).
129. Πολιουκλῖδας in tit. Copensi, *Cumanudes*, l. l. N:o V (v. I 31, 32).
- 130, 131. Πολιουκλῖδας in duobus titulis Copensibus, *Cumanudes*, l. l. N:ris V, (v. I 31, 32), VI (v. Φαναξάνδρω I 7).
132. Προκλεῖος in tit. Orchomenio, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 562 N:o XXXVIII a (v. I 3, 24).
133. Σωκλεῖος in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 501 N:o III (v. I 2, 10).
134. Τιμοκλεῖος in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o VII (v. Φαρμίχω, I 17).
135. Φανοκλεῖς in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον IV 291 seq. N:o 7 (v. Φαικοσθένης I 70).
136. Φιλοκλεῖς in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o VIII (v. Φέργωνος I 34).
137. Φιλοκλεῖος in tit. Orchomenio, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 562 N:o XXXVIII a (v. I 3, 24).
138. Φρασικλῖδας in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o IV (v. I 6, 16, 33).
139. ... κλεῖς in tit. Lebadeensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 550 N:o XXXV b (v. Φικατιφέτιες I 39).
140. ... κλεῖος in tit. Orchomenio, *Decharme* Recueil cet., N:o 2 (v. Φιδίαν I 45).
141. Ἀγαισίλαος in tit. Lebadeensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 550 N:o XXXV b (v. Φικατιφέτιες I 39); ex stirpe λαφο derivatum; cf. ΛΑΦΙΝΟΣ Col. Ach. I 3, 4, Λαυαγγήτα Lacon. III 1.
142. Ἀγαισιλάω in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o VIII (v. I 34).
143. Πιστόλαον in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον IV 291 seq. N:o 1 (v. Φυκίας, Φισοτέλιαν I 62, 77).
144. ΠολΥ;λαος (sic) in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον IV 291 seq. N:o 7 (v. Φαικοσθένης I 70).

145. Φιδόλαος in tit. Lebadeensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 550 N:o XXXV b (v. *φικατιφέτιες* I 39).
146. Νεαπολίταν in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήναιον IV 291 seq. N:o 3 (v. *φυκίας, φισοτέλιαν* I 63, 78); ex stirpe *νεφο*, cf. *νεφροστάτας* Cypr. I 32, *Νεγροπόλεις, Νεγρόπολις* Pamphyl. II 2, 3.
147. Νιαπολίταν in tit. Tanagraeo, *Robert*, *Hermes* XI 97 seq. B (v. *φυκίας, φισοτέλιαν* I 56, 72).
148. νέων in tit. Lebadeensi, *Keil*, *Sylloge* p. 72 N:o XI (v. *Φασκώνδας* I 21).
149. Νίωνος in tit. Lebadeensi C. I. 1575 (v. I 4, 38, 42).
150. Νευμεινή in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήναιον IV 209 seq. N:o 2 (v. *φυκίας, φισοτέλιαν* I 60, 75).
151. Νιομεινή in tit. Tanagraeo, *Robert*, *Hermes* XI 97 seq. B (v. *φυκίας, φισοτέλιαν* I 56, 72).
152. Νιομεινίος in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήναιον I 490 seq. N:o VII (v. *Φαρμίχω* I 17).
153. Νιομεινίω *ibid.*
154. Νιομεινίω in tit. Copensi, *Cumanudes*, l. l. N:o I (v. I 9, 12).
155. Νιούμων in tit. Orchomenio, *Decharme*, *Recueil* cet. N:o 2 (v. *φιδίαν* I 45).
156. Νιούμωσ *ibid.*
157. εὐνόωσ in tit. Thespiensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 521 N:o XXI (v. *φίστορες* I 43); cf. ΠΟΛΥΝΟΦΑΣ *Coreyr.* I 9).
158. Ξένος in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήναιον I 490 seq. N:o IV (v. I 6, 16, 33); cf. ΞΕΝΦΟΝ *Cor.* I 14, ΞΕΝΦΑΡΕΟΣ, ΠΡΟΞΕΝΦΟΣ *Coreyr.* I 7, 8.
159. Ξεναρίστω in tit. Tanagraeo, *Robert*, *Hermes* XI 97 seq. C (v. *φυκίας* I 69).
160. Ξεναρχω in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήναιον I 490 seq. N:o I (v. I 9, 12).
161. Ξενοδάμος in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήναιον I 501 seq. N:o IV (v. *Φαναξίωνος* I 14).
162. Ξενοκλείς v. *supra* 122.
163. Ξενοκλίδας v. *supra* 123.

164. Ξενότιμος in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον IV 291 seq. N:o 7 (v. Φοικισθένειος I 70).
165. Ξένων in tit. Orchomenio, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 562 N:o XXXVIII a (v. I 3, 24).
166. Ξένωνος in tit. Lebadeensi C. I. 1575 (v. I 4, 38, 42).
167. Ξενώνιος in tit. Orchomenio, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 562 N:o XXXVIII a.
168. Ξένει in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον IV 291 seq. N:o 7 (v. Φοικισθένειος I 70). In littera ν duplicata fortasse inest digammi antiqui vestigium; cf. Ion. ξῆνος.
- 169, 170. Ξεννίαο in duobus titulis Copensibus, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:ris IV (v. I 6, 16, 33), atque VIII (v. I 34).
171. Αρμόξενος in tit. Copensi, Ἀθήγαιον I 501 N:o III (v. I 2, 10).
172. Αρμόξένω in tit. Lebadeensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 550 N:o XXXV b (v. ρικατιπέτιες I 39).
- 173, 174. Δαρμόξενος in duobus titulis Copensibus, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o I (v. I 9, 12), atque l. l. N:o IV (v. I 6, 16, 33).
175. Δαρμόξένω in tit. Copensi, *Cumanudes*, l. l. N:o VI (v. Φαναξάνδρω I 7).
176. Ἐπιξένος in tit. Copensi, *Cumanudes*, l. l. N:o III (v. Φαναξάνδρω I 5).
177. Ἐπιξένω in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 501 N:o III (v. I 2, 10).
178. Καλλιξένος in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o VII (v. Φαρμίχω I 17).
179. Μνασιξένω in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 501 N:o IV (v. Φαναξίωνος I 14).
180. Πολιούξένος in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον I 490 seq. N:o VI (v. Φαναξάνδρω I 7).
181. Πολυξένιος in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήγαιον IV 291 seq. N:o 7 (v. Φοικισθένειος I 70).
182. Πολουξένιος in tit. Orchomenio, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 562 N:o XXXVIII a (v. I 3, 24).
183. Πρόξενος in tit. Lebadeensi C. I. 1575 (v. I 4, 38, 42).

- 184—192. *πρόξενον* in novem titulis decreta de proxenia continentibus; ex quibus Tanagraei quinque: 1) *Robert*, *Hermes* XI 97 seq. A (v. *φοκίας* I 71); 2) *Robert*, l. l. B (v. *φοκίας*, *φισοτέλιαν*, I 56, 72); 3) *Robert*, l. l. C (v. *φοκίας*, I 69); 4) *Robert*, l. l. D (v. *φισοτέλιαν* I 57); 5) *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* IV 209 seq. N:o 2 (v. *φοκίας*, *φισοτέλιαν* I 60, 75); — Orchomenii duo: 6) C. I. 1564 (v. *φοκίας* I 79); 7) *Rangabé* 705 b (v. *φοκίας* I 80); — Thebanus: 8) C. I. 1565 (v. *φοι*, *φοκίας* I 67, 68); — Thespiensis: 9) *Keil*, *Philol.*, *Suppl.* II p. 587 (v. *φοκίας*, *φισοτέλιαν* I 55, 82).
193. *Προξένω* in tit. Copensi, *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* I 501 N:o III (v. I 2, 10).
- 194—196. *πρόξενος* in tribus decretis de proxenia: 1) in Thespiensi, *Keil*, *Jahrb.*, *Suppl.* IV p. 536 N:o XXXIII (v. *φοκίας* I 81); 2) in Tanagraeo, *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* IV 209 seq. N:o 3 (v. *φοκίας*, *φισοτέλιαν* I 61, 76); 3) in Tanagraeo, *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* IV 291 seq. N:o 1 (v. *φοκίας*, *φισοτέλιαν* I 62, 77).
- 197—201. *πρόξενος* in quinque ejusdemmodi titulis, ex quibus Tanagraei quattuor: 1) *Robert*, *Hermes* XI p. 91 seq. A (v. *φοκίας* I 71); 2) *Robert*, l. l. B (v. *φοκίας*, *φισοτέλιαν* I 56, 72); 3) *Robert*, l. l. C (v. *φοκίας* I 69); 4) *Robert*, l. l. D (v. *φισοτέλιαν* I 57); — Orchomenius unus: 5) *Rangabé* 705 b (v. *φοκίας* I 80).
- 202—208. *πρόξενος* in ejusdemmodi titulis septem, ex quibus Tanagraei quattuor: 1) C. I. 1562 (v. I 58, 73); 2) *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* IV 209 seq. N:o 2 (v. I 60, 75); 3) *Cumanudes*, l. l. N:o 3 (v. I 61, 76); 4) *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* IV 291 seq. N:o 1 (v. I 62, 77); — 5) Orchomenius C. I. 1564 (v. I 79); — 6) Thespiensis, *Keil*, *Philol.*, *Suppl.* II p. 587 (v. I 55, 82); — 7) Chorsiensis, *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* IV 215 b (v. I 83).
209. *πρόξενότη* in ejusdemmodi titulo Tanagraeo, *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* IV 291 seq. N:o 1 (v. I 62, 77).
210. *Τιμώξενος* in tit. Copensi, *Cumanudes*, *Ἀθήναιον* I 490 seq. N:o III (v. *Φαναξάνδρω* I 5).

211. Τιμοξένω in tit. Copensi, *Cumanudes*, l. l. N:o VI (v. Φαναξάνδρω I 7).
- 212, 213. Φιλόξενος in duobus titulis: Lebadeensi C. I. 1575 (v. I 4, 38, 42); — Orchomenio, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 562 N:o XXXVIII a (v. I 3, 24).
214. Φιλοξένω in tit. Copensi, *Cumanudes*, Ἀθήναιον I 490 seq. N:o VI (v. Φαναξάνδρω I 7).
215. . . . ὄξενος in tit. qui Φαναξάνδρῶδο (v. I 8) continet, *Kai-bel*, Hermes VIII 412 seq. N:o 19.
216. Ἀλεξανδρεῖα in tit. Orchomenio, *Rangabé* 705 b (v. Φουκίας I 80); cf. Ἐδαλιέφες, Κετιέφες Cypr. I 41, 42.
217. Ἀντιοχεῖας in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήναιον IV 209 seq. N:o 3 (v. Φουκίας, Φισοτέλιαν I 61, 76).
218. βασιλεια in tit. Lebadeensi, *Keil*, Sylloge inscr. Boeot. p. 72 N:o XI (v. Φασκώνδας I 21); cf. βασιλέφος Cypr. I 36—40.
219. Δαματριεῖα in tit. Tanagraeo, *Cumanudes*, Ἀθήναιον IV 209 seq. N:o 2 (v. Φουκίας, Φισοτέλιαν I 60, 75).
220. Ἐρετριεῖα in tit. Tanagraeo, *Robert*, Hermes XI 97 seq. A (v. Φουκίας I 71).
221. Ἥολεῖα in tit. Orchomenio, C. I. 1564 (v. Φουκίας I 79).
222. Θεσπιείων in tit. Thespiensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 536 N:o XXXIII (v. Φουκίας I 81).
223. Θεισπιεῖος in tit. Acraephiensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 572 N:o XXXVIII c 2 (v. I 22, 84).
224. Θεισπιείων in tit. Thespiensi, *Keil*, Philol., Suppl. II p. 587 (v. Φουκίας, Φισοτέλιαν I 55, 82).
225. Κορωνεῖος in tit. Acraephiensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 572 N:o XXXVIII c 2 (v. I 22, 84).
226. Λεβαδειέων in tit. Lebadeensi C. I. 1588 (v. Φιλαρχιόντων I 54).
227. Πλαταεῖος in tit. Acraephiensi, *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 572 N:o XXXVIII c 2 (v. I 22, 84).
- 228, 229. Ταναγραείων in duobus titulis Tanagraeis, C. I. 1562 (v. I 58, 73), atque 1563 a (v. I 74).
230. Φωκεῖν in tit. Orchomenio C. I. 1569 a (v. I 20, 27, 28, 36, 50).

231. Φωκεῖας bis *ibid.*  
 232. Χαλκιδεῖα in tit. Tanagraeo C. I. 1563 b (v. I 59).  
 233. Χηρωνεῖα in tit. Orchomenio 1569 a (v. I 20, 27, 28, 36, 50).  
 234. Χορσειών in tit. Chorsiensis, *Cumanudes*, Ἀθήναιον IV 215 b (v. I 83).

Boeotia cum tantum numerum inscriptionum digamma continentium nobis suppeditet, quantum nulla alia Graeciae regio, usum hujus consonae Boeoticum accuratissime esse exploratum existimaveris. Verum ea est testimoniorum illorum ratio, ut summis difficultatibus impediatur disquisitio. Nam ut in omni quaestione, ita hic quoque non tam numero quam auctoritate testimoniorum res continetur. — Ac primum quidem inter exempla, quae supra sunt allata, nonnulla sunt, quae meris virorum doctorum conjecturis, non ipsius antiquitatis memoriae deberi videantur. Quam in quaestionem nuper acerrime inquisivit *Clemm*, disputatione supra passim laudata quae inscripta est: *Kritische Beiträge zur Lehre vom Digamma im Anschluss an dessen Wiederherstellungsversuch bei Hesiod* (Stud. IX 407 seq.). Quamquam nescio an in hoc libro hic illic nimia subtilitate nimioque fastidio ad argutias sit inductus. Summo igitur ille quidem jure formas *Φιδήμων* C. I. 1574 (v. I 41), *Φιδρία* C. I. 1575 (v. I 42), *Φιλαρχέοντες* C. I. 1576 (v. I 53) rejecit; ideoque et hae formae et mirum illud *Φιπιίξενος*, in quo quin error aliquis insit dubitari nequit, nobis, rationem concludentibus, sunt omittenda. At idem vir doctus cum *Boeckhio* vitio ducat quod in C. I. 1574 traditum ΓΑΝΑΞΙΔΝΟΣ in *Φαναξίω-νος* mutavit, eique potius nomen inauditum *Παναξίωνος*, quae conjectura est Walpolei, recipiendum fuisse perhibeat, atque id etsi ipse cognitum habet et in hoc ipso titulo *Le Basium Φαναξίωνος* legisse et in aliis titulis formas *Φαναξίων*, Ἀναξίων occurrere, incredibilem in modum a judicio vero videtur aberrasse. Magis etiam miror quod idem intelligi negat, quam ex causa *Keil* formam quae apud *Boeckhium* C. I. 1575 legitur *Πασίας* in *Φασίας* mutaverit, cum re vera *Πασίας* a *Boeckhio* e tradito ΓΑΣΙΑΣ conjectura sit fictum, *Φασίας*

autem a *Rangabéo* et *Le Basio* confirmetur (v. I 4). Alias quasdam formas, quas idem in suspicionem vocavit, jam supra mihi videor variis testimoniis allatis et inter se comparatis satis esse tuitus; v. *Φάδωνος* I 1, *Φασάνδριος* I 3, *Φασκώνδας* I 21, *Φαστομειδοντίω* I 22, *Φαστίνας* I 24, *Φικατιφέτιες* I 38, 39. Quas non dubito in veris de digamma Boeotico testimoniis referre.

Deinde hic quoque inter inscriptiones antiquis et recentioribus litteris scriptas est distinguendum. In titulis igitur *antiquae* scripturae digamma *sexies* reperimus scriptum (omissa forma illa mendosa *Φιππιξενος*): *quater* in initio stirpium 4 (*φεχ*, *φεργ*, *φεκ*, *φισο*), *semel* in media stirpe quae agnoscī non potest (. . . *ΦΟΓΕΝΕΙΟΣ*), *semel* denique in media voce, ubi non antiquitus est servatum, sed ex antecedente *Υ* natum (*ΒΑΚΕΥΦΑΙ*); observandus etiam est spiritus asper in *ΦΗΚΑΔΑΜΟΕ* digamma adjunctus, qua scriptura digamma quodammodo debilitatum ac quod jam in eo esset ut in spiritum illum abiret, videtur esse expressum. — Omissi vel in spiritum asperum mutati digammi exempla in antiquis titulis exstant 24. Ex quibus unum tantum, *Ἄρνεσίχα* (v. II 1), si re vera ex stirpe *φαρν* derivatum est, hanc consonam ex initio abiecit; verum cum etiam in antiquissimo titulo Corcyraeo (v. Corcyr. IV 1) qui in aliis vocibus digamma accuratissime servatum habet, *ΑΡΝΙΑΔΑ* legatur, in tit. autem Boeotico recentioris scripturae *Ἄρνων* exstet, nescio an formae illae rectius ad aliam quandam stirpem referantur. Una deinde vox *Ηιστιαῖδας* digamma, quod in initio suo habuerat, in spiritum asperum mutavit, non prorsus abiecit. In mediis denique vocibus *bis et vicies* est omissum; quae voces omnes ad 5 stirpes *δελ* (exempla 3), *λαφο* (1), *πλοφο* (1), *κλεφος* (11), *ξενφο* (6) pertinent. — Ex exemplis igitur collatis concluderis Boeotios, quo tempore antiquis litteris utebantur, digamma in initio vocum plerumque pronuntiasse, in mediis autem vocibus plerumque omisisse. Verum paulo circumspicius hac in re est agendum. Per multa enim saecula in usu erat scriptura illa; inscriptiones autem, quae ad aetates illas pertinent, pleraeque singulis vel paucissimis vocabulis atque eis

nominiis propriis continentur, unde fit ut non facile distinguere possit quoniam ad remotissimam antiquitatem, quoniam ad extremum saeculum 5 sint referendae. At ne in singulis quidem inscriptionibus constat scriptura; quid quod, ut exemplum afferam, in eadem inscriptione formae ex stirpe κλεφος derivatae exstant, quae aetates longe disjunctas praese ferre videantur: Φισοκλέες, ubi digamma sane jam est ejectum, vicinae autem vocales nondum coaluerunt, et Εὐκλίδας ubi stirps κλεφος ita est attrita, ut litterae tantum κλ ac productio vocalis sequentis sint relictæ? — Quae difficultates quo modo probabiliter expediri posse videantur infra videbimus.

Nummorum inscriptiones ΦΑΣΤ' et ΕΥΦΑΡΑ utrum scriptura antiqua an recentiore sint conscriptae e litterarum ductu non apparet.

In titulis *recentioris* scripturae exempla digammi servati exstant 81, ex quibus 72, ad stirpes 16 (σφαδ 4, φανακτ 10, φαρν 1, φαστω 3, φελ (vallis) 2, φελ (urgeo) 1, φεργ 4, φεσπερα 1, φετος 1, φιδ 2, σφε 6, φικατι 3, φισο 11, φοικο 17, stirpesque ignotas φαρμιχο 5, φασκο 1) pertinentia, ab hac consona incipiunt, 4, ad stirpes 2 pertinentia (φετος 3, φα. . 1), eam in initio secundi membri verborum duplicatorum habent, 5 denique in media stirpe αφειδ exhibent. — Omissi vero digammi exempla in eisdem titulis reperiuntur non minus 234. Ex quo numero 4 tantum ejusmodi sunt, quae digamma in initio stirpium amiserint (Ἀναξίωνος, ἑκαστος (bis), οἰκίας), unum (Ἀλεύσο), quod probabiliter ad stirpem quae olim a digammo inceperit referri posse videatur. In initio deinde vocabulorum quae membra secunda sunt verborum duplicatorum *vicies novies*, at in *tribus* tantum stirpibus (semel in φανακτ, vices septies in φεργ, semel in φοικο), neglectum est digamma. — Cetera igitur 200 exempla omnia digamma in mediis stirpibus ipsis neglectum exhibent. Sed incredibilis haec multitudo tota vocibus continetur, quae aut ex stirpibus decem αφι (exemplum 1), βοφ (exx. 2), διφ (27), ελαφιο (? 1), εφερ (? 12), κλεφος (63), λαφο (5), νεφο (11), νοφο (1), ξεφο (58), sunt derivatae, aut suffixo ευ (exx. 19) formatae.

Tabula, quae sequitur, rationem digammi, qualis in titulis Boeoticis et antiquis (I) et recentioribus (II) apparet, sub uno conspectu positam ostendit:

	Digamma servatum.						Digamma neglectum.					
	In initio vocabulorum.		In initio membri duplicatorum 2.		In mediis stirpibus.		In initio vocabulorum.		In initio membri duplicatorum 2.		In mediis stirpibus.	
	Exam- pla.	Stir- pes.	Exam- pla.	Stir- pes.	Exam- pla.	Stir- pes.	Exam- pla.	Stir- pes.	Exam- pla.	Stir- pes.	Exam- pla.	Stir- pes.
I	4	4	—	—	2	2	2(?)	2(?)	—	—	22	5
II	72	16	4	2	5	1	4(5)	3(4)	29	3	200	11

Unde hoc certe apparet, digamma in Boeotica dialecto, sicut in ceteris plerumque factum esse vidimus, diutius crebriusque in vocabulorum initio quam in mediis vocibus esse servatum. Atque omnino, etiamsi stirpium tantum, non turbinis illius exemplorum habemus rationem, non possumus non concludere, digamma apud Boeotios perdiu fuisse in usu frequenti. Quid quod ex inscriptionibus quae hanc litteram scriptam exhibent, nonnullae tempore dominationis Romanorum vel etiam aetate imperatorum videantur exaratae (v. nomina ex stirpibus *σφαδ*, *φανακτ*, *φαρμιχο*, *φεργ* derivata, I 2, 5—7, 9, 10, 12—19, 31—34, *φισοτέλιαν* I 58 seq., *φουκίας* I 73—76, 81)? — Neque tamen his expositis expedita est quaestio de usu digammi Boeotico. Sunt enim qui negent, ex eo, quod littera illa in recentioribus titulis dialecto Boeotica confectis scripta est, concludi posse ipsum sonum fuisse pronuntiatum. Atque imprimis vir ille quidem doctus *Clemm* libro passim laudato reliquias digammi Boeotici acriter excutiens eorum testimonio omnem fere fidem denegat. Statuit enim primum — ut argumenta quibus est usus, breviter comprehendam — verba horum titulorum, quae digamma scriptum habent, maximam partem esse nomina propria, quod genus cum alias peculiaritates habere soleat, tum digamma diutius retinere potuerit quam appellativa quae dicuntur. Ipsorum autem illorum nominum scripturam contendit neque certis testimoniis esse confirmatam, nec in titulis ejusdem aetatis sibi constare. E ceteris deinde exemplis

pleraque certis quibusdam formulis antiquitus conservatis monent contineri, quarum scriptura pronuntiatio quae, quo tempore scripti sunt tituli, jam dudum fuerit obsoleta exprimi videatur. Quod inconstantia formarum putat confirmari; nam cum in titulis ejusdemmodi decreta continentibus unoque fere tempore scriptis formae et antiquiores et recentiores occurrant, non dubitat quin scribentium pronuntiationem recentissima quaeque exprimat (ex. gr., cum in inscriptionibus ejusdem temporis formae *φοκίας*, *φοκιάς*, *οκίας* exsint, priores imitatione antiquitatis fictas, extremam autem veram et sinceram perhibet; cf. supra I 69, 71, 72, III 6). Sed videamus quomodo se habeant haec argumenta. Quod quidem ad testimoniorum fidem attinet, satis mihi videor supra demonstrasse nimium fuisse virum illum doctum in criminandis eis qui inscriptionibus describendis atque enucleandis operam dederunt. — Inconstantia quaedam formarum sane manifesta apparet; cujus exempla praeter illud quod nuper attigi, haec afferantur: in tit. Lebadeensi saeculi vel 3 vel 2, C. I. 1575 (v. supra I 4, 38, III 3) *Κλίωναξ* legitur, sed in titulis Copensibus aetatis, ut videtur, imperatorum Romanorum formae exstant *Φαναξάνδρω* sim.; in variarum urbium decretis, quibus proxenia defertur, quasque saeculo 3 non esse recentiores constat, *εὐεργέτας* sim. sexcenties leguntur, at in titulis illis Copensibus *Φεργονία*, *Φέργων*, *Φέργωνος* sunt scripta; nihilo minus etiam in decreto de proxenia Copensi *Φεωργόφιλος* exstat (v. *Keil*, Jahrb., Suppl. IV p. 556); minoris momenti est forma *Ἀναξίωνος* in tit. Lebadeensi, qui *φιλατιφέτιες* continet (*Keil*, Jahrb., Suppl. IV 550 N:o XXXV b, v. I 39, III 2); nam cum in fronte monumenti non integerrimi sit scripta, nescio an, collatis ceteris formis ex eadem stirpe derivatis, veri simile videatur digamma quod olim scriptum sed jam extinctum esset, editores fugisse. Sed quaecumque est ratio hujus formae, pleraque certe hujusmodi inconstantiae exempla ita sunt constituta, ut nullam aliam discrepantiam ostendant, nisi eam quae inter usum digammi quod in initio verborum et ejus quod in commissura duplicatorum erat positum in omnibus dialectis intercessisse videatur. — Quod

deinde idem vir doctus appellativa, quae in titulis recentioris scripturae digamma habent, affectatae formularum certarum antiquitati deberi perhibet, in stirpes plerasque omnino non convenit. Nam etsi formae *φοκίας*, *φισοτέλιαν*, quibus maxima pars exemplorum continetur, ubique in decretis publicis, quae iisdem fere verbis sunt conscripta, leguntur, atque in simile genus referri possunt formae *φιδίαν*, *φίδιον*, *φουκέταν*, *φικατιφέτιες*, tamen reliquae sunt *φέτια*, *φίκατι*, *φισ[πέρρας]*, *φίστορες*, *φιλάρχιόντων*, *φοι*, *αύλαφυδός*, *κίθαραφυδός*, *κωμαφυδός*, *ράψαφυδός*, *τραγαφυδός*, quas formulis certis esse servatas demonstrari non possit. — Sed restat ut quaeramus, quaenam fides nominum illorum priorum scripturae sit habenda. Nam in multis linguis et antiquis et nostrae aetatis factum esse videmus ut nomina et formas ceteris linguae partibus vetustiores conservarent, et scribendi ratione in aliis vocibus dudum obsoleta scriberentur. At in lingua Graeca nomina propria omnino vel una cum ceteris orationis partibus vel his etiam citius legibus communibus esse immutata constat. Boeotii autem magis quam ceterae gentes Graecae sonis, quales re vera singulis temporibus atque in singulis regionibus pronuntiabantur, quam accuratissime scribendo exprimendis operam dederunt. Huc accedit quod nomina in quibus desideratur antiquum digamma fere omnia ejusmodi sunt, quae apud omnes gentes Graecas in usu erant. Verisimile autem videtur — et haec est res, quam adhuc parum attendisse videntur viri docti — nomina quaedam omnibus dialectis Graecis communia jam mature formas communes esse adepta; neque enim aliter explicari potest, quod in inscriptionibus antiquae scripturae et Boeoticis et aliarum dialectorum illiusmodi formae hic illic occurrunt. Quod quidem ad recentiores inscriptiones attinet, facillime sane fieri potuit ut, quo tempore vulgaris illa lingua in omnibus regionibus Graecis invaluerat, vulgares quaedam formae et nominum et aliorum vocabulorum, etiam ubi scribentes dialectis utebantur genuinis, se insinuarent. Quae cum ita sint, veri similis mihi videtur formis digammo scriptis ubique pronuntiationem ipsius Boeoticae dialecti propriam;

esse expressam, vulgares e lingua vulgari esse mutuatas, quam has ex ore plebis, illas e saeculorum praeteritorum memoria esse sumptas. Itaque, etsi longe sane ab eo absurdum ut nobis quaestiones illas impeditas plane expediisse videamur, hoc tamen optimo jure videmur posse statuere, Bocotios, ubi, dialecto genuina utentes, digamma scripserunt, hanc consonam re vera pronuntiasse.

## INSCRIPTIONES ELEAE.

### I. *Digamma servatum.*

1. FAAEIOIΣ in tabula aenea Olympiae effossa, quae foedus continet Eleorum et Ervaecorum, C. I. 11. Hoc monumentum *Bocckh*, argumentis longius arcessitis, Olympiadi 50 attribuit, *Kirchhoff*, *Alph.*<sup>3</sup> 153, Olympiade 70 confectum esse e scripturae ratione probabilius conjecit. Nomen *Fᾶλις* ad eandem stirpem videtur pertinere atque Gr. *Ξλος*, Lat. *vallis*, *Cartius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 362; cf. FEAEI Ion. A, FAAEIOI Lacon. I 1, *Φελατίη*, *Φελατιήν* Bocot. I 27, 28, *Βολόεντα*, *Βολοεντίος* Cret. II 8, 9, atque formae quae infra sequuntur 2—10.
2. *Φαλείων* in titulo recentioris scripturae Olympiae reperto, *Dittenberger*, *Archäol. Ztg* XXXIV (1876) pag. 219, N:o 22; saeculo 4 attribuit editor.
- 3—9. *Φαλείων* in 6 nummis Eleis, *Mionnet*, *Déscr.* I p. 99 N:o 24, v. *Supplém.* IV tab. V fig. 4; *Supplém.* IV p. 176 N:o 18, v. tab. V fig. 2; *Supplém.* IV p. 176 N:o 19; *Supplém.* IV p. 179 N:ris 37, 38, 39.
9. *Φαλε* in nummo Eleo, *Mionnet*, *Supplém.* IV p. 176 N:o 12, litterae *Φα* dextrorsum, infra eas *λε* sinistrorsum scriptae.
10. *Φα* in nummo ubi praeterea etiam *Φαλείων* exstat, v. supra 3; eadem litterae tum sinistrorsum tum dextrorsum positae etiam in aliis nummis permultis leguntur, *Mionnet*, *Déscr.* I p. 98 seq., *Supplém.* IV p. 174 seq.

11. FAPFON in eadem tabula quae FAAEIOIS continet, v. supra 1; e rad.  $\phi\epsilon\rho\gamma$ , *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 180; cf. FEPFON Arg. I 3, Col. Ach. I 1, EFEPΓΑΣΑΤΟ Hermonion. I 1, FEPF Thessal. I 2 (3),  $\phi\epsilon\rho\gamma\alpha\acute{\epsilon}\nu\epsilon\tau\omicron\varsigma$ ,  $\phi\epsilon\rho\gamma\omicron\nu\acute{\iota}\alpha$ ,  $\phi\acute{\epsilon}\rho\gamma\omega\nu$ ,  $\phi\acute{\epsilon}\rho\gamma\omega\nu\omicron\varsigma$  Boeot. I 30—34,  $\acute{\epsilon}\phi\rho\epsilon\zeta\epsilon$ ,  $\epsilon\delta\phi\epsilon\rho\gamma\epsilon\sigma\acute{\iota}\alpha\varsigma$  Cypr. I 19, 20; cf. etiam  $\beta\acute{\alpha}\rho\gamma\omicron\varsigma$ , infra II 1.
12. FEΠOΣ ibid.; ex stirpe  $\phi\epsilon\pi$ , *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 452. Cf. AΠOΦEΠHATHOΘO Cret. I 10,  $\phi\acute{\epsilon}\pi\iota\alpha$  Cypr. I 6.
13. FETAΣ ibid.; hoc substantivum *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 396, 674, 675, nescio an recte, *Benfeyum* et *Frochdeum* secutus e rad.  $\sigma\phi\epsilon$  derivatum esse censet; cf. etiam *Knös*, De dig. Hom. p. 221.
14. FETEA ibid.; cf. FETEA Lacon. I 5, 6,  $\phi\acute{\epsilon}\tau\epsilon\iota$  cet. Heracl. I 6—10, FETOΣ, FETEA Locr. I 10, 11, FETHIA Pamphyl. I 2,  $\phi\acute{\epsilon}\tau\iota\alpha$  cet. Boeot. I 36—39,  $\phi\acute{\epsilon}\tau\epsilon\iota$  Cypr. I 7.
15. FISOΔAMIOΠOΓON in tabula aenea Olympiae reperta, quae decretum Chaladriorum continet, *Kirchhoff*, Archäol. Ztg XXXV (1877) p. 196 seq. N:o 111 tab. 16; quod monumentum eodem fere tempore confectum videtur, ac foedus illud Eleorum et Ervaecorum, v. supra 1. Cf.  $\phi\iota\sigma\omicron\tau\acute{\epsilon}\lambda\iota\alpha\nu$ ,  $\phi\iota\sigma\omicron\kappa\lambda\acute{\epsilon}\epsilon\epsilon\varsigma$ ,  $\phi\iota\sigma\omicron\kappa\lambda\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ ,  $\phi\iota\sigma\omicron\kappa\lambda\acute{\iota}\alpha$  Boeot. I 55—66; v. etiam infra III 7.
16. FISOHPOXENON ( $\phi\iota\sigma\omicron\pi\rho\acute{\omicron}\zeta\epsilon\nu\omicron\nu$ ), ibid.; (v. etiam infra III 9).
- 17, 18. FPATPA, in titulis duobus, foedere C. I. 11 (v. supra 1) et decreto, Arch. Ztg. XXXV p. 166 N:o 111 (v. supra 15); ex stirpe  $\phi\epsilon\rho$  ( $\phi\rho\epsilon$ ) *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 345, 346, cf. *Knös*, De dig. Hom. 89 seq.; v.  $\phi\rho\eta\tau\acute{\alpha}\varsigma$ ,  $\acute{\epsilon}\phi\rho\eta\tau\acute{\alpha}\sigma\alpha\tau\omicron$ ,  $\epsilon\delta\phi\rho\eta\tau\acute{\alpha}\sigma\alpha\tau\omicron$  Cypr. I 16—18,  $\Upsilon\rho\acute{\alpha}\tau\rho\nu$  Cret. III 1—3; v. etiam infra 19.
19. EFEPEN in decreto Chaladriorum (v. supra 15). Hoc verbum etsi quomodo certe interpreter non habeo, tamen cum apud Hesychium glossa exstet  $\epsilon\upsilon\acute{\epsilon}\rho\omega$   $\epsilon\acute{\iota}\pi\omega$  non dubito quin infinitivus sit ejusdem stirpis  $\phi\epsilon\rho$ , unde FPATPA est derivatum; E igitur vocalis est prothetica; cf. *Knös*, De dig. Hom. 89. — Sententia ubi occurrit est: AΙ ΔΕ ΤΙΣ ΣΥΛΛΙ ΕFEPEN ΑΥΤΟΝ ΠΟΤΟΝ ΔΙΑ ( $\alpha\acute{\iota}$  δέ τις  $\sigma\upsilon\lambda\lambda\acute{\iota}$   $\acute{\epsilon}\phi\acute{\epsilon}\rho\eta\nu$   $\alpha\upsilon\tau\omicron\nu$   $\pi\omicron(\tau)$   $\tau\omicron\nu$   $\Delta\acute{\iota}\alpha$ ).

20. ΕΡΦΑΟΙΟΙΣ in foedere illo Eleorum et Ervaeorum, v. supra 1. Ἐρφαοῖοι sine dubio cives erant oppidi Arcadiae quod erat Ἡραία; in nummis hujus oppidi saeculo p. Chr. n. 3 cuspis nomen est ΗΡΑΕΩΝ, *Mionnet*, *Désér.* II p. 248; cf. etiam Ἡραῆς, *Arcad.* IV 7.
21. ... FEOI in tabula aenea nuper Olympiae reperta, *Kirchhoff*, *Archäol. Ztg.* XXXVII (1879) 28 seq. (N:o 224).

### II. B digammi vicarium.

1. Βάργος in titulo Olympiae reperto, qui catalogum sacerdotum anni a. Chr. n. 20 continet, *Dittenberger*, *Arch. Ztg.* XXXVII p. 57, N:o 240. Hoc nomen, etsi ratione minus usitata formatum videtur, tamen tam prope ad formam FAPTON (v. I 11) accedit, ut probabiliter ad rad. φεργ referri possit.
2. βοικίαρ in tit. Olympiae reperto, qui saec. 3 videtur conscriptus, *Kirchhoff*, *Archäol. Ztg.* XXXIII p. 183 N:o 4. Cf. formae digammo scriptae, *Arg.* I 6—8, *Locr.* I 14—23, *Col. Ach.* I 2, *Boeot.* I 68—83, *Cypr.* I 11—15.

### III. Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.

1. ΔEOI in tabula aenea C. I. 11 (v. I 1); cf. δεύει, δευομένους, ἐνδεύη, *Aeol. As.* B I 1—4.
- 2—4. ΔI in 3 titulis: 1) C. I. 11 (v. I 1); 2) in mutila tabula aenea ejusdem fere aetatis, *Fränkel*, *Archäol. Ztg.* XXXV (1877) p. 48, N:o 56, tab. IV fig. 2; 3) bis in tabula aenea, *Kirchhoff*, *Arch. Ztg.* XXXVII p. 48 seq. (v. supra I 21); cf. ΔIFI *Arg.* I 9, Διφός, Διφείθημις *Cypr.* I 23, 24.
5. ΔIA in decreto Chaladriorum, v. I 15.
6. ΔIOΣ in lamina aenea Olympiae reperta, quae Elea dialecto videtur inscripta, *Kirchhoff*, *Archäol. Ztg.* XXXVI (1878) p. 143, N:o 190, tab. XIX fig. 4.
7. ΦΙΣΟΑΜΙΟΠΤΩΝ in decreto Chaladriorum (v. I 15); cf. ΓΑΠΤΩΝ I 11.
8. XENOS (ξένος) bis in tit. apud *Fränkel*, *Archäol. Ztg.*

XXXV p. 48 (v. supra 3); cf. ΞENFON Cor. I 14,  
ΞENFAPEOΣ. ΠΡΟΞENFOΣ Corcyr. I 7, 8.

9. ΦΙΣΟΗΠΟΧΕΝΟΝ in decreto Chaladriorum (v. I 16).

IV. *Digamma neglectum in tit. recentioris scripturae, ubi  
in voce Φαλείων est scriptum.*

1. ὁμονοίαρ in tit. qui Φαλείων continet, *Dittenberger*, Archäol.  
Ztg. XXXIV p. 219 (v. supra I 2); cf. ΠΟΛΥΝΟΦΑΣ  
Corcyr. I 9.

V. *Digamma neglectum in titulis qui in nonnullis vocibus  
ejus loco B habent.*

1. ἰδίαν in tit. qui βοικίαρ habet, *Kirchhoff*, Arch. Ztg. XXXIII  
p. 183 (v. supra II 2); cf. Φιδία, Φιδίαν Heracl. I 11, 12  
ΦΙΔΙΟΧΕΝΟ Locr. I 12, Φιδίαν, Φιδίων Boeot. I 45—48.
2. εὐεργέται ibid.; cf. ΦΑΡΓΟΝ I 11.
3. εὐεργέταιρ bis ibid.
4. εὐεργέταν ibid.
5. Διός ibid.; cf. ΔΙΦΙ Arg. I 9, Διφός, Διφείθεμις Cypr. I  
23, 24.
6. Διονυσιακοῖρ ibid.
- (7. Διός in tit. qui Βάργος habet, v. II 1; haec forma sicut  
ceterae quae ex eodem titulo afferuntur ad vulgarem  
dialectum pertinet).
- (8. Διογένους ibid.)
9. εἰράναρ bis in tit. qui βοικίαρ habet, v. II 2; cf. Cret. IV 37.
10. Θεαρσοῖρ bis ibid.; hanc vocem *Curtius*, Grundz.<sup>1</sup> 253 a  
rad. θαρ repetit, *Brugmann*, De Gr. linguae productio-  
ne suppletoria (Stud. IV) p. 150, ex alia ejusdem stir-  
pis forma θεαφ (ex antiquiore θjaφ = Letto-Sloven.  
*div*) derivatam esse censuit. Ex illius igitur sententia  
θεᾶρρός e \*θεαφρός, ex hujus e \*θεαφρός exstisset haec  
forma. Quarum originationum utra probabilior sit non  
dijudicaverim; utraque difficultates habet. <sup>1</sup>).

<sup>1</sup>) Uterque virorum illorum doctorum ad eandem stirpem etiam  
θηρβος (= θαῦμα Hesych.) retulit, quod pro \*θηρβος esse putaverunt.

11. θεαροδοκίαν *ibid.*
12. θεαροδόκοι *ibid.*
- (13. Κλεινίου in tit. qui Βάργος habet, v. II 1; cf. ΚΑΕΦΟΣ Phoc. I 3 (v. supra 7).)
- (14. Ἀγαθοκλῆς *ibid.*)
- (15. Τιμόλαος *ibid.*; cf. ΛΑΦΙΝΟΣ Col. Ach. I 3, 4, Λαυαγήτα Lacon. III 1.
16. εὐνοίαν in tit. qui βουκίαν habet, v. II 2); ΠΟΛΥΝΟΦΑΣ Coreyr. I 9.
17. ξένια *ibid.*: cf. ΞΕΝΦΟΝ Cor. I 14, ΞΕΝΦΑΠΕΟΣ, ΗΠΟΞΕΝΦΟΣ Coreyr. I 7, 8.
18. προξένιοι *ibid.*
19. πρόξενον *ibid.*
- (20. Προξενίδου in tit. qui Βάργος habet, v. supra 7).

Reperimus igitur in eis titulis Eleis, qui *antiquis* litteris sunt scripti, exempla digammi servati 12, ex quibus 9, ad 7 stirpes *φελ*, *φεργ*, *φεπ*, *σφε*, *φετος*, *φισο*, *φερ* pertinentia, hanc consonam in initio vocum, 3 (EFEPEN, EPFAOIOIS, .. FEOI) in mediis vocibus totidem exhibent. Omissum est digamma in hujusmodi titulis *novies*: *semel* in commissura vocis duplicatae, cujus membrum posterius ex stirpe *φεργ* est derivatum, *octies* in mediis stirpibus *δεφ*, *διφ* (quinqies), *ξενφο* (bis); amissi autem in initio vocis digammi ne unum quidem exstat exemplum. — In titulo recentioris scripturae uno, qui saeculo 4 videtur scriptus, digamma in nomine *Φαλαίων* est servatum, in media voce ex stirpe *νοφο* derivata omissum; accedit quod digamma nominis illius etiam in nummis scriptura recentiore inscriptis exstat. In duobus denique titulis digammi loco B est scriptum: in initio vocum Βάργος et βουκίαρ; neglectum autem est digamma in titulo qui βουκίαρ<sup>1)</sup> continet *decies quater*: *semel* in initio vocis (*ιδίαν*), *ter* in com-

---

Haec autem forma multo propius accedit ad stirpem *θαπ*, *ταφ* (Indo-eur. *sthamb*). Quid, quod *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 218 θῆβος ad *θαπ*, *ibid.* pag. 253 ad *θαφ* pertinere statuit!

<sup>1)</sup> Exempla digammi omissi quae in tit. qui Βάργος continet occurrunt e ratione omitto; neque enim ad dialectum Eleam sed ad vulgarem pertinent.

missura duplicatarum quarum membra secunda e  $\varepsilon\beta\rho\gamma$  sunt derivata, *decies* denique in mediis stirpibus 5:  $\delta\iota\varepsilon$ ,  $\varepsilon\varepsilon\rho$  (?),  $\theta\varepsilon\alpha\varepsilon$  ( $\theta\varepsilon\varepsilon\alpha$ ?),  $\nu\omicron\varepsilon\omicron$ ,  $\xi\varepsilon\nu\varepsilon\omicron$ .

Unde apparet digamma in hac quoque dialecto primum ubi in mediis vocibus erat positum debilitari et omitti coeptum esse, in initio autem vocabulorum saeculo certe 5 plerumque viguisse, deinde in nonnullis vocibus non solum quo tempore jam absoleverat usus ceterarum litterarum antiquarum fuisse scriptum, sed etiam tum, cum, ipsius litterae  $\varepsilon$  memoria jam exstincta, B sibi eandem fere sonum induisset, hac littera fuisse significatum. Neque enim dubito quin sicut in aliis dialectis (Laconica, Cretensi, Corcyraea, v. imprimis p. 21 seq., 59), ita hic quoque ad scripturam solam, non ad ipsum sonum pertineat haec mutatio. Qua de re nuper optime disputavit *Dittenberger*, Archäol. Ztg. XXXIV (1876) p. 219, annot. 2, ubi his utitur verbis: „Das Aufgeben des Zeichens für das Digamma bei Fortdauer des gesprochenen Lautes kann in diesem Falle (de forma agitur  $\beta\omega\kappa\acute{\iota}\alpha\rho$ ) natürlich nicht aus der Reception des jüngeren Ionischen Alphabets . . . erklärt werden; denn wir sehen ja dass es trotz dieses Übergangs zum neuem Alphabet anfangs noch beibehalten wurde. Vielmehr liegt der Grund darin, dass bei den Eleern schon ziemlich früh (jedenfalls früher als bei andern Griechischen Stämmen) die Media B in der Aussprache in den Spiranten V überging; seit dies der Fall war, seit man also die anlautenden Consonanten von  $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\acute{\upsilon}\varsigma$  und von  $\varepsilon\omega\kappa\acute{\iota}\alpha$  ganz gleich aussprach, lag es am nächsten das eine Zeichen als überflüssig wegzulassen.“ Quam sententiam etiam ea re putat confirmari, quod V consona Latina in nominibus Romanis, qua aetate <sup>1)</sup> in aliis Graeciae regionibus plerumque litteris OY scriberetur, in titulis qui Olympiae effossi sunt ubique littera B sit expressa. Hoc sane argumentum titulis postea cognitis non omni ex parte comprobatur;

<sup>1)</sup> De temporum ratione cf. *Dittenberger*, Römische Namen in Griechischen Inschriften und Litteraturwerken (Hermes VI 129 seq., 281 seq.) p. 303.

verum cum e nominibus Romanis consonam V continentibus quae in titulis saeculorum a. Chr. n. 1— p. Chr. n. 3, quos in Archäol. Ztg. [XXXV, XXXVI, XXVII 1] publici juris fecit idem vir doctus, 17 hanc consonam littera B, 5 litteris OY scriptam habeant, nescio an nihilo minus recte iudicasse videatur. Quamdiu re vera digamma ab Eleis sit pronuntiatum, non tam ex inscriptionibus apparet, quam e testimonio Pausaniae (V VIII 2): .. ὁ περ ἠσθέντες δὲ ἀμφοτέροι τῇ μίξει καὶ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες, ἐνθα συνεγένοντο ἀλλήλοις πρῶτον, αὐτό τε τὸ χωρίον Βαδὸν ὀνομάζουσι καὶ ποταμὸν τὸν ῥέοντα ἐνταῦθα ὕδωρ Βαδὸν ἐπιχωρίῳ φωνῇ. Inde enim videmus sonum digammi etiam saeculo p. Chr. n. 2 in nomine ex stirpe σαδ (c. FE-FADEῶTA Locr. I 1, ΦΑΣΙΔΑΜΟΣ Thessal. I 1, Φάδωνος cet. Boeot. I 1—4) derivato viguisse atque a Pausania fuisse auditum. Probabiliter igitur concludi potest Eleos, quamdiu dialecto genuina utebantur, in nonnullis certe vocibus sonum illum pronuntiasse. <sup>1)</sup>)

## INSCRIPTIONES ARCADICAE.

### I. Digamma servatum.

1. Φανακισίας in tit. prope Mantineam reperto, qui saeculo 4 videtur conscriptus, *Le Bas* 352 p. Nomen videtur tribus Mantineensis; cf. FANAX, FANAKTOPIEY Lacon. I 2, 3, ΦΑΝΑΞΙΑΑΣ Arg. I 1, Φαναξάνδρω cet. Boeot. I 5—14; Φάναξ, Φανάσσας Cypr. I 1—4; Εδρουβάνασσα cet. Lacon. II 18—20, Βαναξιβούλου Cret. II 1, 2.
2. ΦΑΣΣΤΥῶΦΟ (Φαστούχω) in tit. Tegeae reperto, C. I. 1520, *Le Bas*, tab. VI N:o 17; cf. ΦΑΣΤΟΝ, ΦΑΣΣΤΟΣ Locr. I 1, 2, Φαστομειδοντίω cet. Boeot. I 22—26, Βαστίας Lacon. II 1.

<sup>1)</sup> Supra eorum tantum titulorum habui rationem, quos Elea dialecto confectas esse constat; exempla ad hanc quaestionem pertinentia, quae in aliis inscriptionibus Olympiae repertis occurrunt infra seorsim enumerantur, v. Inscr. incertae originis, p. 127, 128.

3.  $\Phi\acute{\alpha}\chi\omicron\varsigma$  in decreto foederis Arcadici, saeculo 3 conscripto, *Le Bas* 340 a. Hoc nomen ex stirpe  $\phi\alpha\chi$  videtur derivatum, quam antiquitus a digammo incepisse et ex aliis formis Homericis, et ex composito  $\alpha\delta\acute{\iota}\alpha\chi\omicron\iota$  apparet; cf. *Knös*, De dig. Homer. 59 seq., *Hartel*, Homerische Studien I 400, III 34 seq. (v. supra p. 66).
4.  $\Phi\iota\alpha\delta\acute{\iota}\omega$  in eod. titulo atque 1; e substantivo numerali  $^*\phi\iota\alpha\varsigma = \epsilon\acute{\iota}\kappa\acute{\alpha}\varsigma$  derivatum videtur (v. *Baunack*, Schedae grammaticae (Stud. X 57 seq.) p. 129); cf.  $\Phi\iota\alpha\delta\acute{\iota}\omicron\nu\omicron\varsigma$  Cret. I 9.
5.  $\Phi\iota\sigma\acute{\iota}\alpha\nu$  ibid.; e rad. *vas*, unde Lat. *Vesta*, *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 400. Memorabilis est haec forma, propterea quod unicum est exemplum digammi in hac stirpe servati; quamquam omittenda non est glossa Hesychiana  $\gamma\iota\sigma\acute{\iota}\alpha \acute{\epsilon}\sigma\chi\acute{\alpha}\rho\alpha$ , in qua quin  $\phi\iota\sigma\acute{\iota}\alpha$  lateat dubitari nequit.
6. FOI in titulo qui dedicationem Praxitelis viri Arcadis continet, *E. Curtius*, Archäol. Ztg. XXXIV p. 48, N:o 6, tab. VI fig. 2 (v. supra Arg. I 3, 10); quod monumentum medio fere saeculo 5 attribuit et *Curtius* et *Kirchhoff*, v. Alph.<sup>3</sup> 149. Cf. FOI Loer. I 13,  $\phi\omicron\iota$  Lesb. I 2, 3, Boeot. I 67, Cypr. I 9, 10;  $\phi\epsilon$  Lesb. I 1.<sup>1)</sup>

## II. Digamma in Y immutatum.

- (1.  $\Upsilon\nu\omicron\alpha\lambda\acute{\iota}\alpha\varsigma$ , in tit. *Le Bas*, 352 p. (v. supra I 1) nomen est tribus Mantineensis e Martis cognomine  $\Upsilon\nu\omicron\alpha\lambda\acute{\iota}\omicron\varsigma$  derivatum; haec nomina *Baunack*, Stud. X 129, e stirpe  $\phi\epsilon\lambda$  (unde  $\acute{\epsilon}\gamma\phi\epsilon\lambda\eta\theta\acute{\iota}\omega\nu\tau\iota$  Heracl. I 21, KATAFEAMENON Cret. I 11) derivata esse perhibet; quae originatio et ipsa longius est arcessita et producta vocali  $\upsilon$  fere confutatur).
2.  $\Phi\alpha\nu\acute{\iota}\delta\alpha\varsigma$  in tit. recentioris scripturae Tegeae reperto, *Le Bas* 338 c; ex stirpe  $\phi\alpha\phi$ , *Curtius*, Grundz.<sup>4</sup> 297, 298; cf.  $\Delta\eta\mu\omicron\phi\acute{\alpha}\phi\omega\nu$  Priscian. I 22, VI 69,  $\phi\alpha\nu\acute{\omicron}\phi\omicron\rho\omicron\iota$   $\text{A}\acute{\iota}\omicron\lambda\omicron\epsilon\acute{\iota}\varsigma$   $\acute{\iota}\acute{\epsilon}\rho\epsilon\iota\alpha\iota$ , Hesych.,  $\phi\acute{\alpha}\beta\omicron\varsigma$  quod a Pamphyliis pro  $\phi\acute{\alpha}\omicron\varsigma$  fuisse dictum testis est Heraclides (apud Eust).

<sup>1)</sup> Basin ubi exaratae erant dedicatio Praxitelis et inscriptiones artificum Atoti et Argeadae atque Athanodori et Asopodori, nuper accuratissime descripsit *Furtwängler*, Arch. Ztg. XXXVII p. 43 seq.

III. *Digamma in titulis antiquae scripturae omissum.*

1. ΔΙΟΣ in titulo Mantineae reperto, *Le Bas* 352 a.
2. ΚΛΕΟΝ (Κλέων) in tit. Tegeae reperto C. I. 1512; cf. ΚΛΕΦΟΣ Phoc. I 3.
3. ΚΛΕΤΕΑΣ *ibid.*
4. ΔΑΜΟΚΛΕΣ *ibid.*
5. ΗΕΡΑΚΛΕΣ in tit. Tegeatico perantiquo, *Ross*, *Inscr. Gr.* ined. I p. 2 N:o 7 = *Le Bas* 335 a.

IV. *Digamma omissum in titulis recentioris scripturae, ubi in nonnullis vocibus est scriptum.*

1. Ἐχίας in decreto foederis Arcadici, *Le Bas* 340 a (v. supra I 3); quae forma ad similitudinem nominis Boeotici ΦΕΧΙΑΣ (Φεξίας, Boeot. I 29) tam prope accedit ut probabiliter ad eandem stirpem φεχ (cf. Lat. *veho*) referri posse videatur.
2. Ἀγγισνόω in tit. Mantineensi, *Le Bas* 352 p (v. supra I 1, 4, 5); cf. ΠΟΛΥΝΟΦΑΣ Corcyr. I 9.
3. δαμιοργοί in tit. qui Φᾶχος continet, *Le Bas* 340 a (v. I 3); cf. ΦΕΡΓΟΝ Arg. I 3, Col. Ach. I 1, ΕΦΕΡΓΑΣΑΤΟ Hermion. I 1, Φεργαένετος cet. Boeot. I 30—34, ΦΑΡΓΟΝ El. I 11, εἰσεργεζε, εὐσεργεσίας Cypr. I 19, 20.
4. εὐεργέτην (sic) *ibid.*
5. Δάισρατος *ibid.*, ex stirpe δαφ, *Curtius*, *Grundz.*<sup>4</sup> 230; cf. δεδαυμένον περιπεφλεγμένον, δαβεῖ καυθῆ, δαβελός δαλός Hesych., δαυλέ in lingua Zaconum (v. pag. 21), δάφιον apud Priscianum (v. supra pag. 73).
6. Διονυσίω in tit. Mantineensi, *Le Bas* I 352 p (v. supra I 1, 4, 5), ΔΙΦΙ Arg. I 9, Διφός, Διφεῖθεμις Cypr. I 23, 24.
7. Ηραῆς in tit. qui Φᾶχος habet, *Le Bas* 340 a (v. I 3) cf. ΕΡΦΑΟΙΟΙΣ El. I 20.
8. Δαμοκλής in tit. Mantineensi, *Le Bas* 352 p (v. I 1, 4, 5).
9. Καλλικλής in tit. qui Φᾶχος habet, *Le Bas* 340 a (v. I 3).
10. . . κλής in tit. Mantineensi, *Le Bas* 352 p (v. I 1, 4, 5).
11. Λάαρχος in tit. qui Φᾶχος continet, *Le Bas* 340 a (v. I 3) ex stirpe λαφο, cf. ΛΑΦΙΝΟΣ Col. Ach. I 3, 4, Λαυα-

γγίτα Lacon. III 1. In forma Λάαρχος vocales αα, quae olim digammo separabantur, ejecta consona nondum in unum α coaluerunt.

12. Ξενοπεθής ibid.

13. Ξενοφών ibid.

14. Ἀριστοξένω in tit. Mantineensi, *Le Bas* 352 p. (v. I 1, 4, 5).

15. Πιστοξένω ibid.

16. πρόξενον in tit. qui Φᾶχος habet, *Le Bas* 340 a (v. I 3).

17. Πρόξενος ibid.

(18. Φαιδρέας ibid.; hoc nomen atque item quod sequitur Φαῖδρος equidem, *Curtium* secutus (cf. Grundz.<sup>4</sup> 641), potius ad rad. antiquissimam φα, quam ad φαϝ spectare putaverim).

(19. Φαῖδρος ibid.; v. 18).

20. Ηραῆς ibid.; cf. Ἐδαλιέϝες, Κατιέϝες Cypr, I 41, 42 (v. etiam supra 7).

21. Μαντινῆς ibid.

